This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gr 73.96

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

Adnotationes criticae

ad

Marcum Antoninum

scripsit

Dr. Joannes Stich.

PROGRAMM

der

k. Studienanstalt Zweibrücken

zum Schlusse des Studienjahres

1880/81.

Zweibrücken.
Buchdruckerei von AUGUST KRANZBÜHLER.
1881.

Ga 73.96

Constantinus fund

936

Adnotationes criticae
ad
Marcum Antoninum.

M. Antonini libros qui diligentius perlegerit in multas incurret difficultates non sententiarum magis quam verborum ipsorum. Quo potissimum factum esse puto, ut imperatorem eundemque philosophum illum vulgo malint legere conversum in suum sermonem quam Graecum. Nimirum multo plures quam editiones invenies interpretationes huius scriptoris Germanicas Gallicas Anglicas Italicas denique Persicam.[1])

Est autem duplex genus obscuritatum quibus prohibentur multi, quominus adeant exemplar ipsum meditationum: unum positum est in ipsa oratione Antonini quae sententiis densa, tenuis verbis est ex Stoicorum consuetudine: alterum est quod multis mendis librariorum depravata sunt verba genuina. Sed cum illud philosophi sit explicare philosophum exilem magis ac minutum quam copiosum, hoc est philologi vitiis textum emendare et corrigere. Quantum vero profecerint adhuc editores in hac re, si redierimus ad fontes ipsos unde manaverunt hae editiones, licebit iudicare. De codicibus est igitur disserendum. Paullum abest quin hic scriptor ut Velleius ille Latinus sola editionis principis fide nitatur. Palatinus enim codex, ex quo descripsit Xylander a. 1559 Antonini libros, in

[1]) cf. Nicolai II, 2[a] p. 698. Addenda: Ricordi di Marc' Aurelio Antonino di L. Ornato. Firenze, 1867. — Marc Aurelius. Pensées trad. par Piersson. Paris 1879[2]. — Pensées de Marc Aurèle. trad. par J. Barthélemy-St. Hilaire. Paris 1876. cf. Bursian, Jahresbericht III. p. 509 sq. — Des Kaisers M. Aurelius Antoninus Selbstbetrachtungen übers. v. Wittstock. Leipzig 1879, Editionem novam non habemus.

perpetuum videtur abstractus esse ab curiosorum oculis. Quem equidem quaerebam ubique in bibliothecis, inveni nusquam. Inventus tamen est ab alio alter codex, qui continet illum librum si non integrum certe totum. Qui cum hodie unicus sit codex qui totum praebet Antoninum, diligentissime a nobis describetur: vidimus enim et hunc et ceteros codices in itinere per Italiam nuper facto.

I. Codex Vaticanus *A*.

Extat igitur in Vaticana, inscribitur num. 1950, nos eum compendii causa appellamus *A*. Codex est bombycinus, satis magnus, ut qui contineat 545 folia 23 cm in altitudinem 15 cm in latitudinem, hoc est formae octavae maioris; margines habet latos, lineas fere 30 neque tamen atramento aut stilo expressas. Scriptus est saeculo XIV [1]); invenis enim η cum producta aliquantum parte posteriore, invenis etiam supra ι et υ unum punctum, neque neglegentiae hoc esse dandum putamus ita ut duo in unum confluxerint punctum.[2]) Ut autem dubitari potest, num totus codex eadem manu sit perscriptus, ita hoc certum videtur esse M. Antonini libros cum eis quae proxime antecedunt quaeque continuo sequuntur exaratos esse ab eodem scriba.[3]) Continet enim permulta ac pervaria scripta, velut Xenophontem, quod equidem viderim totum, quem sequitur Antoninus, tum Epicteti exemplar Christianum, quod paullulum abhorret ab eo, quod Schweighaeuser edidit in ed. Epicteti.

Diligentiam scriptoris invenis prope nullam. Ac primum quidem omnis deest titulus librorum Marci, quem rubro fuisse additurum scriptorem apparet ex eo quod spatium duarum ferme linearum initio vacuum est. Ne singulis quidem libris

[1]) Barberinus, qui ut hoc adminiculo uteretur ad suam interpretationem Italicam abhinc CC fere annos primus eum inspexit, saeculo VI aut VII eum tribuit, quod condonas viro istorum temporum.

[2]) cf. p. 341 codicis *μαρκιανοῦ*.

[3]) nisi forte putas inde ab p. 344b alteram manum scribere, quoniam hic incipit initiales litteras vel notas marginales (admodum raras) rubro effingere. Ne p. 356a quidem neque p. 367a altera manus scribit, sed novus calamus.

numeri inscripti sunt, discernuntur tamen et libri et capita, ita ut ad nostrum ordinem totius operis proxime accedat haec dispositio.

Deinde cum sensum verborum prorsus neglegeret immo ignoraret scriba, saepissime oculi eius aberrabant, cum praesertim in similes finiverant syllabas sententiae; cf. 7, 27: *ἀλλὰ τῶν παρόντων τὰ ἀξιώτατα ἐκλογι'ζεσθαι, καὶ τούτων χάριν ὑπομιμνήσκεσθαι, πῶς ἂν ἐπεζητεῖτο, εἰ μὴ παρῆν*, ubi *καὶ τ. χ. ὑπομιμνήσκεσθαι* omissum est in *A*. Itaque desunt toti versus his locis: 1, 16 fin.; 2, 17; 4, 18, 22, 24, 45; 5, 1, 8, 12, 15 (bis), 16 (bis), 36 (plures versus desunt); 6, 32, 41, 48; 7, 10, 27; 8, 23, 37, 40, 44, 53, 56; 9, 2, 4, 6, 32 (duo versus desunt), 40; 10, 1, 9, 34; 11, 2, 6, 18, 20; 12, 21. His lacunis ipsis, quarum maxima pars iam Schultzio nota erat, docemur codicem Palatinum non oriundum esse a Vaticano. Verba singula, syllabas, litteras, accentus denique et spiritus distinguendique notas aut omnino deesse saepius aut neglegenter esse expressas adnotasse hic satis habeo; cf. 6, 42 et 58; 9, 25.[1])

Alterum autem genus mendorum fluxit ex depravata temporibus pronuntiatione linguae Graecae. Quo nihil frequentius invenis in nostro codice. Sic 1, 6 *τῆς* est pro *τοῖς* (— *λεγομένοις*); 2, 11 *ἵνα μὴ περιπίπτει* pro *περιπίπτῃ*; 2, 12 *διακαίηται* pro *διακέηται*; 2, 2 *νέβρων* pro *νεύρων*; 2, 3 *γογγίζων* pro *γογγύζων*; 3, 11 *οἰκεῖαι* pro *οἰκίαι*; 4, 3 *ἐφ' ἡμῖν* pro *εὐφημεῖν*; 4, 23 *πολλοὶ φίλοι* pro *πόλι φίλη* (bis); 11, 8 *ἀποτετμηκέραι αὐτὸν* pro *ἀποτέτμηκεν ἑαυτὸν* aliaque innumera. Longum est enim omnia exempla proferre itacismi aliorumque id genus mendorum. Sed quoniam utile certe est scire, quantum peccaverint in hac re codicum scriptores, enotavi ducentos fere locos, in quibus mutata est genuina scriptura pro-

[1]) Huc referes locos, ubi *καὶ* ante *κ*, *εἰ* post *ἔτι*, *μὲν* ante *μέμφεσθαι*, *σου* post *φιλοσόφου* additum est; cf. 6, 23; 7, 13; 8, 45; 8, 1; aut ubi *καὶ* deest ante *κατὰ* vel *καθαράν*; cf. 8, 35; 12, 3.

nuntiationis vitio. Quamobrem dubium non est, quin noster codex in eis sit numerandus, qui ad vocem dictantis scripti sunt. — Compendia vero syllabarum verborumque eadem inveniuntur in *A*, quae sunt in aliis eius temporis libris. Sed *ι* subscriptum admodum raro effingitur, cf. tamen p. 344b[1]) = 2, 2 *ᾧ δὴ ἀπονοήθητι*; vulgo *ὧδε ἀπονοήθητι*.

Quamquam autem adeo neglegentem vidimus scriptorem codicis, neglegentior tamen visus eis est, qui ante nos huic rei operam dederunt. Nihil dico de Corae, qui manuscriptos libros Antonini omnino non inspexisse videtur.[2]) Barberinus autem et is homo doctus, cuius adnotationibus Sch. (= Schultzius) adiutus est, vitia aequo plura imputaverunt illi scribae. Illius igitur interpretis neglegentiam in neglegentia scriptoris adnotanda omitto, quippe criticus haberi noluit ipse et novarum lectionum cupidos ad librum ipsum inspiciendum delegavit. Assemanni autem collationator, per quem et de Joly et Sch. cognoverunt lectiones varias Vaticani *A*, signum, quo effingitur *εἰ*, habebat pro *οὐ* (8, 37 et 10, 15); confundebat *εἶαν* et *εἶα* (5, 28 et 8, 22); parum distinguebat *ν*, *υ*, *γ*, *ι*, ut 8, 48 *ἀνάλωτος*, 9, 19 (*π*)*άντα*, 11, 2 *παγκρατίου*, 12, 4 *ἑαυτοὺς* cognoscere non posset; deinde *τι* et *το* permiscebat, ut 7, 16 falso *εἰ τὸ*, 7, 18 *τὸ δὲ*, 8, 17 denique *πράσσοι* legeret pro *πρόστι*. Etiam *ει* tenuiore forma effictum sumebat pro *ι*, ut 10, 8 *λίας ἢ τραχίας*, aut pro *η*, ut 12, 24 *ἡ ἅφνω*. Aliis vero locis, velut 11, 18, ubi satis aperte praebet *αὐτὸς* codex, Sch. adnotationes perperam videtur intellexisse; cf. 9, 14, ubi *ὕλη*, 9, 22, ubi *ποιήσης*, 12, 27, ubi *συμπροσπιπτέτω* et *οὐήλιος* tam facile legi potest in *A*, ut adnotationes istius critici difficiliores fuisse lectu putemus. Compendia autem ipse legere non potuit; sic *καὶ* compendio scriptum (ϗ), quod frequentissime invenis in *A*, legebat pro *οὐ* 1, 16 med., idem pro *εἰ*

[1]) b littera alteram paginam folii significat.

[2]) Nam quod Nicolai l. l. dicit Vaticanum aliosque codices a Corae esse adhibitos, haud scio an fluxerit ex errore quodam viri doctissimi.

2, 7; rursus *εἰ* pro *οὐ* sumpsit 8, 37 et 10, 15; deinde *οἴησις* 9, 44 satis apertum legebatur ab illo *οἰήση* et 12, 26 *ἐρρύηκεν* intellexit: *ἐρρύηκεν ἄν*.

Sed cum viderimus illum codicem per se neglegentem datum esse neglegentiorem ab eis, qui antea eum contulerunt, tamen ex eis, quae supra exposuimus de mala conditione libri *A*, apparet eum talem esse, qualis editioni Marci non modo fundamento sed ne fulturae quidem admodum firmae sit. Attamen quoniam est saltem a coniecturis ultro illatis liber, utilis ipse est aliqua ex parte solus, etiam utilior, ubi congruit aut cum Palatino i. e. cum editione I. aut cum ceteris codicibus. Quod declaravi opinor brevi quodam specimine lectionum novarum et emendatarum in Museo Rhenano nuper prolato (a. 1881, p. 175 sqq.).

II. Codex Darmstadinus.

Nunc ad eum codicem venimus qui et numero fragmentorum ceteris praestat et singulorum locorum varietate proxime accedit ad Vaticanum *A*. Est autem codex Darmstadinus 2773 (*D* littera a nobis significatus), bombycinus formae octavae (21 : 14 cm), margines varii, linearum numerus fere 36, glossae litteris minusculis scriptae, 377 folia; continet varia scripta, velut excerpta ex Pindaro, Aeschylo etc., p. 348—358 fragmenta M. Antonini (cum paucissimis scholiis). Haec ab una manu perscripta sunt, inscriptione carent. Est autem codex saeculi XIV.

M. Antonini fragmenta sunt centum novem, quorum quidem mutila alia sunt, alia ex pluribus contracta in unum. Sunt autem haec [1]): 1, 7—16 (usque ad *ὥρας*); 2, 1—17 (pars tamen paragraphi 15 deest); 3, 1—6; 4, 3, 4, 5, 7, 19, 20,

[1]) Schultzii editionem minorem sequimur in numerandis Antonini paragraphis. Ceterum haec divisio maxime dubia permultis locis est. Xylander enim libros dumtaxat distinxit; in editione Lugdunensi demum singulae partes dividuntur, quae tamen divisio a posterioribus immutata aliqua ex parte est. In libris autem mss. multa inveni aliter divisa.

21, 35, 43, 46, 47, 50; 5, 1—6; 9, 10, 14, 28, 31, 33; 6, 1—12, 15 (med.) — 22; 7, 28, 29, 55, 59, 60, 61, 63, 70, 71, 74; 8, 8, 9, 10, 12, 54, 55; 9, 2—7, 21—25, 29—31 (pars; finit enim haec pars codicis in *δικαιότης δὲ*).

Qui codex cum iam Schultzio innotuisset [1]), magna cura diligentiaque lectiones varias collegit Werfer (in actis philologorum Monacensium ed. Thiersch, III, 2. 1821, p. 417—423), ut hanc in partem admodum paullum novi afferre possimus. At novum nimirum hoc est codicem *D* simillimum esse Vaticani illius *A*, ita ut hic *(D)* sit emendatior ac purior, depravatior et corruptior ille.

Quae res brevissime illustrabitur, si contuleris lectionum varietatem in *A* et *D* in continuis aliquot paragraphis. Exemplo nobis erunt 9, 2 et 3.

β'. Χαριεστέρου μὲν ἂν ἦν ἀνδρὸς, ἄγευστον ψευδολογίας καὶ πάσης ὑποκρίσεως καὶ τρυφῆς καὶ τύφου γενόμενον, ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν. Τὸ δ' οὖν κορεσθέντα γε τούτων ἀποπνεῦσαι, δεύτερος πλοῦς. Ἡ προῄρησαι προσκαθῆσθαι τῇ κακίᾳ, καὶ οὔπω σε οὐδὲ ἡ πεῖρα πείθει φεύγειν ἐκ τοῦ λοιμοῦ; λοιμὸς γὰρ διαφθορὰ διανοίας πολλῷ γε μᾶλλον, ἥπερ ἡ τοῦ περικεχυμένου τούτου πνεύματος τοιάδε τις δυσκρασία καὶ τροπή. Αὕτη μὲν γὰρ ζώων λοιμὸς, καθὸ ζῶά ἐστιν· ἐκείνη δὲ ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποί εἰσιν.

ἂν deest in *A* et *D* — *καὶ τρυφῆς — ἀνθρώπων* desunt in *D* — *τὸ γοῦν κορεσθέντα τε D* (non *γε* ut dedit Werfer l. l.) — *δευτέρους πλοῦς A* (sic) — *προῃρῆσθαι A* et *D* — *ζῶον λοιμὸς A* — *καθὸ ζῶά ἐστιν. ἐκείνη δὲ ἀνθρώπων* desunt in *A* et *D*.

γ'. Μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλὰ εὐαρέστει αὐτῷ, ὡς καὶ τούτου ἑνὸς ὄντος, ὧν ἡ φύσις ἐθέλει. Οἷον γάρ ἐστι τὸ νεάσαι, καὶ τὸ γηράσαι, καὶ τὸ αὐξῆσαι, καὶ τὸ ἀκμάσαι, καὶ ὀδόντας,

[1]) Idem est enim nisi fallor *D* atque codex Creuzeri, quem Sch. nuncupat in adnot. ad 5, 1. Quamquam hoc movet aliquantum dubitationis, quod Sch. dicit in illo codice deesse additamentum *τὸ ἴδιον ποιούσας*, cum ipse hoc legerim in *D*. Mirum utique est breviter hunc codicem satis magnum commemorari a Schultzio qui in Commentationibus Antoninianis ineditis (cf. praef. ed. min. VI sq.) plura fortasse de hac re erat expositurus.

καὶ γέλειον, καὶ πολιὰς ἐνεγκεῖν, καὶ σπεῖραι, καὶ κυοφορῆσαι, καὶ ἀποκυῆσαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσι, τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι. Τοῦτο μὲν οὖν κατὰ ἄνθρωπόν ἐστι λελογισμένον, μὴ ὀλοσχερῶς, μηδὲ ὠστικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν· ἀλλὰ περιμένειν ὡς μίαν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν· ὡς νῦν περιμένεις, πότε ἔμβρυόν ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σου ἐξέλθῃ, οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὸ ψυχάριόν σου τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται. Εἰ δὲ καὶ ἰδιωτικόν παράπηγμα ἀψικάρδιον ἐθέλεις, μάλιστά σε εὔκολον πρὸς τὸν θάνατον ποιήσει ἡ ἐπίστασις ἡ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα, ὧν μέλλεις ἀφίστασθαι, καὶ μεθ' οἵων ἠθῶν οὐκέτι ἔσται ἡ ψυχὴ συμπεφυρμένη. Προσκόπτεσθαι μὲν γὰρ αὐτοῖς ἥκιστα δεῖ, ἀλλὰ καὶ κήδεσθαι καὶ πράως φέρειν· μεμνῆσθαι μέντοι, ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων σοι ἡ ἀπαλλαγὴ ἔσται. Τοῦτο γὰρ μόνον, εἴπερ ἄρα, ἀνθεῖλκεν ἂν καὶ κατεῖχεν ἐν τῷ ζῆν, εἰ συζῆν ἐφεῖτο τοῖς τὰ αὐτὰ δόγματα περιπεποιημένοις. Νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅσος ὁ κόπος ἐν τῇ διαφωνίᾳ τῆς συμβιώσεως, ὥστε εἰπεῖν, Θᾶττον ἔλθοις! ὦ θάνατε, μή που καὶ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἐμαυτοῦ.

νεᾶσαι τὸ γηρᾶσαι omisso *καὶ D* — *τοῦ βίου* omisso *σοῦ D* — *τοιοῦτο καὶ αὐτὸ τὸ διαλυθῆναι A* et *D* — *καὶ ὡς νῦν περιμένεις A* et *D* — *παρά δ* cum duobus punctis ad utramque partem litterae minusculae aliquantum productae in *D* i. e. *παράδειγμα* (?) — *θέλεις A* et *D* — *ἡ πεφυρμένη* omisso *ψυχὴ συμ A* et *D* — *προκόπτεσθαι A* et *D* — *ἥκιστα δὲ A* et *D* (sic) — *οὐκ ἀνθρώπων* omisso *ἀπ' A* et *D* (sic) — *τοῖς τὰ τοιαῦτα δόγματα πεποιημένοις* (omisso *περι*) *A* et *D* — *νῦν ὁρᾶς A*, *νῦν δ' ὁρᾶς D* — *συμβίσεως A* (sic) — *θᾶττον ἔλθοις* omissum in *D*.

Itaque dubium non est, quin uterque codex sit oriundus ab uno exemplari. Is tamen scriptor qui Darmstadinum exaravit liberiore usus est iudicio in componendo suo florilegio, quam scriptor Vaticani *A*, qui ad verbum omnia scribebat. In Darmstadino igitur immutata quaedam invenis, in brevius contracta alia. Sic incipit hic codex (= Sch. 1, 9): ὅτι [1])

[1]) non ὅτε ut dedit Werfer l. l. Compendio est enim scriptum ὅτι cum producto in altitudinem cornu, omissis tamen solitis punctis ad utramque partem illius cornus. Est autem illud ὅτι quod saepissime invenitur in codicibus initio novi capitis, ut fere semper in scholiis glossisque.

ῥούστικος μὲν μάρκον πεπαίδευκε φαντασίαν λαχεῖν [1]) κτέ; et 1, 8 habet pro παρὰ Ἀπολλωνίου: ὁ δ' ἀπολλώνιος, 1, 9 ὁ δὲ σέξτος, 1, 10 ὁ δὲ γραμματικὸς ἀλέξανδρος, 1, 11 autem: παρὰ φρόντωνος μεμάθηκε.

Lectionum novarum quas inveni in hoc codice duas protulisse in medium satis habeo. Ac primum quidem 2, 6 vulgo legitur: ὕβριζε, ὕβριζε ἑαυτὴν, ὦ ψυχή· τοῦ δὲ τιμῆσαι σεαυτὴν οὐκέτι καιρὸν ἔξεις· ἑνὶ γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. Hoc sensum rectum non habet. Itaque cum in *A* reperissem οὐ γὰρ κτέ, cogitavi post ἑκάστῳ excidisse ἀρκεῖ vel aliud eiusmodi verbum.[2]) At *D* praebet: βραχὺς γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ, quod coniecit olim Salmasius (cf. Sch. ad 2, 6), quo sensus sanus efficitur. Neque tamen, cum sic legatur in *D*, certum continuo est sic scripsisse Antoninum: immo qui codicem *D* conscripsit, ut erat librarius paullo eruditior, haud scio an suo Marte coniecerit illud βραχύς.

Cum autem illa lectione inventa in irritum cecidisset coniectura mea, altero loco mihi contigit, ut meam coniecturam viderem perscriptam in codice manuscripto. 3, 3 fin. vulgo legitur: παύσῃ πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενος, καὶ λατρεύων τοσούτῳ χείρονι τῷ ἀγγείῳ ἢ περίεστι τὸ ὑπηρετοῦν· τὸ μὲν γὰρ νοῦς καὶ δαίμων, τὸ δὲ γῆ καὶ λύθρος. Verba ἢ περίεστι τὸ ὑπηρετοῦν cum sensu carerent, alius alia aggrediebatur coniectura, ego (l. l. p. 176) facillimam omnium esse putavi ἥπερ ἐστὶ τὸ ὑπηρετοῦν, ad quam reperiendam Davo scilicet opus erat non Oedipo. Evolvi codicem *D*: eandem vidi lectionem. Sensus totius loci iam hic est: desines voluptatibus ac doloribus succumbere et servire vasi tantopere deteriori quam est id quod servit; hoc enim mens et divinum, illud autem terra et sanies.

Apparet igitur ex eis quae de codice *D* disputavimus sane utilem eum esse ad emendandum Antoninum, cura tamen

---

[1]) non λαβεῖν, quod dedit Werfer l. l.
[2]) cf. Mus. Rhen. p. 176.

aliqua opus esse in eo adhibendo, cum suo iudicio usus sit hic librarius in scriptura.

III. Codex Monacensis gr. 323 = *Mo* 1.

Monachi cum nuper morarer inveni duos codices cum fragmentis M. Antonini, quorum alter quamvis parvulus per se solus est considerandus. Est igitur chartaceus, formae minimae (11 : 7 cm); margines varii, linearum num. varius, 268 folia a compluribus scribis perscripta, qui saeculi XV vel XVI erant. Continet varia scripta, in quibus bis eadem fragmenta M. Antonini.[1]) P. 19 enim inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου αὐτοκράτορος β·· ′ τῶν εἰς ἑαυτόν.* Sequuntur haec capita vel tota vel contracta in brevius: 2, 10; 13; 16; 17. 3, 1; 16. 4, 4; 5; 6; 8; 9 usque ad *συμφέροντος*, ubi haec pars codicis *Mo* 1 desinit (p. 20 b). Sed p. 88 b iterum inscribitur: *Μάρκου ἀνθωνίου* (sic) *αὐτοκράτορος β·· ′ τῶν εἰς ἑαυτον* (sine accentu; o ex ω factum esse videtur). Sequuntur iterum haec fragmenta 2, 10 etc., post 4, 9 autem 4, 10 et 4, 46 usque ad *καὶ ἔμπαλιν*; 7, 50 denique: *καὶ τὰ ἐκ γῆς μὲν φυντα* (s. a.) *εἰς γαῖαν τὰ δὲ ἀπ αἰθερίου βλαστόντα γένη εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε πόλον.* Hae duae partes codicis *Mo* 1 ab diversis plane scriptoribus exaratae sunt et in illa quidem eandem manum cognovisse mihi videor, qua in fine totius codicilli subscriptum est: *σύνθεσις ἐμοῦ ἀλεξάνδρου του ἀπο χανδα-(ι?)κος τῆς κρήτης. υἱὸς δὲ τοῦ σοφοτάτου καὶ λογιοτάτου κυροῦ γεωργίου ἱερέως τοῦ ἀλεξάνδρου. ἐν ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῶ ὀγδοηκοστῶ ἕκτω μηνὶ νοεμβρίῳ* (?) *πεντεκαιδεκατη ἐν βενετίαις.*

Habemus igitur annum nostri codicis p. Chr. 1486 et eum diversum quidem ab ea nota catalogi, quae nostrum codicem saeculo XVI adscribit.[2]) Verisimile tamen est alteram

[1]) et ea quidem adiecta interpretatione Latina, quae tamen vilis est, ut operae pretium esse non videatur in lucem eam proferre.

[2]) Concedendum tamen est fieri potuisse ut haec subscriptio transferretur ex alio quodam codice, quod opinatur Autenrieth humanissimus nostri gymnasii rector, qui hunc codicem et ipse inspexit inventaque communicavit mecum. Idem negat subscriptionem et fragmenta M. Antonini priora ab eodem librario esse perscripta.

partem codicis aliquanto recentiorem esse. Praeter genus scribendi, quod discernere ac certo cuidam temporis spatio attribuere utique difficile est, declaratur hoc eo, quod nomen Johannis Reuchlini p. 109 b invenitur a librario opinor temere additum, ludibrii vel imitationis causa.

Nova nimirum res eundem codicem bis eundem praebere scriptorem. Quaeres igitur continuo, utra pars sit prior atque alterius quasi parens. Ordinem partium magni non facies hac in re, quoniam primum scripta, tum consuta esse folia et conglutinata inter omnes constat. Immo cum p. 88 b sqq. plura fragmenta inveniantur quam p. 19 sqq., facile putaveris illam partem esse priorem. At huius partis finis periit potuitque perire, postquam altera pars ex hac scripta est. Quod comprobatur, ut supra diximus, ipso scribendi genere. Accedunt autem alia, quibus declaratur hanc ipsam partem (p. 19 sqq.) exemplar fuisse illius (p. 88 b sqq.) neque a communi patre quasi liberos esse oriundos ambo. Compluribus enim locis legere non potuit ille scriptor, quae minus aperte hic scripserat. Sic 2, 17 p. 20 legitur: *μη — δεν* (superscripto *μηδὲν*) *δειν* (*ει* compendio solito scriptum). Quod cum legere nesciret posterior scriptor, dedit *μηδὲν* omisso *δειν* (*όν*). Deinde 4, 6 p. 20 recte legitur *ὅλως δὲ ἐκεῖνο μέμνησο*, p. 90 autem *ὅλως δὲ ἐκεῖνος μέμνησ* (an *σο* cum superscriptum sit *σ*?) At diligentius si inspicies illum locum p. 20 invenies hic quoque *ἐκεῖνος*, sed *ς* puncto subscripto irritum factum, et *μέμνησο* scriptum ligatura quadam illius *σο*, quae paullum abhorret ab ipso *σ*. — 4, 8 et 9 denique sic legitur p. 20 b: *Ὁ χείρω αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον οὐ ποιεῖ, τοῦτο οὐδὲ τὸν βίον αὐτοῦ |χείρω οὐ ποιεῖ. οὐδὲ βλάπτει| οὔτε ἔξοθεν* (sic) *οὔτε ἔνδοθεν ἦν| ἀκασται* [1]) *ἡ τοῦ συμφέροντος|* (hic finit codex; cetera perierunt. Contra p. 90 leguntur haec . . . *τοῦτο οὐδὲ τὸν*

[1]) *γ* ante *κ* saepius omittitur in *Mo* 1 pronuntiationis opinor vitio; cf. 2, 17 *συκρισις* pro *σύγκρισις*; est igitur *ἠνάγκασται*.

βίον αὐτοῦ οὔτε ἔξοθεν οὔτε βλάπτει ἄκασται ἡ τοῦ συμφέροντος φύσις κτέ. Apparet igitur scriptorem aberrasse bis a linea, ita ut duarum linearum dimidiam partem neglegeret, quo factum nimirum est, ut illud *ἄκασται* efficeretur, quod sensu omnino caret.

Sunt alii quoque loci, quibus probatur priorem illam ordine partem tempore quoque esse antecedentem; sed cum et per se verisimile sit et eis quae protulimus satis, opinor, declaretur, ad alteram classem codicum nostrorum progredi in animo est.

IV. De codicibus Vaticanis 1—5, Barberino, Laurentianis 1—4, Marcianis 1 et 2, Parisino, Guelferbytano, Monacensi altero.

His codicibus omnibus eadem fragmenta Marci tradita sunt, ut unam classem efficiant. Sed cum maiorem partem, Vaticanos quinque, Laurentianos quattuor, Parisinum, Guelferbytanum denique iam Sch. cognoverit, quattuor ego primus, quod sciam, et inveni et contuli: Barberinum, Marcianos duos, Monacensem.

V 1 = Vaticanus 953, bombycinus formae 8 maioris (24: 13 cm; margines 2 vel 3 cm); numerus linearum 18—20; glossae litteris minoribus perscriptae sunt. 245 folia una manu scripta. p. 73—p. 80 et 244 et 245 fragmenta M. Antonini intermixta cum Aeliani fragmentis, quibus p. 73 inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν.* saec. XIII vel XIV.

V 2 = Vaticanus 20, bomb. formae 4 minoris (24 : 17 cm; margines 3—4 cm) num. lin. 27; glossae litteris minimis (45 lineae) perscriptae sunt. 132 folia eadem manu exarata; initio *πίναξ*, in fine index Latinus; continet varia scripta; p. 86—94 excerpta M. Antonini et Aeliani, quibus p. 86 inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν.* saec. XIII vel XIV.

V 3 = Vaticanus 98, bomb. formae 8 maioris (23 : 15 cm; margines incerti) num. lin. fere 18; glossae formae minoris. 78 folia ab eodem librario ut videtur scripta. πίναξ. continet varia scripta, p. 57—75 fragmenta M. Antonini et Aeliani, quibus inscribitur: μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὐτόν. saec. XIV.

V 4 = Vaticanus 100, bomb. formae 8 maioris (22 : 15 cm, margines lati) num. lin. fere 24; glossae minimis litteris in margine et in fine excerptorum. 298 folia vix eadem manu scripta, tamen M. Antonini et Aeliani fragmenta (p. 165—180) ab eodem scriba esse profecta apparet. Haec inscribuntur: μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὐτόν. Aeliani nomen adscriptum est passim fragmentis. saec. XIV.

V 5 = Vaticanus 926, chartaceus (vix bomb.) formae 8 maioris (21 : 13 cm, margines 2—3 cm); num. linearum varius, fere 22; glossae minoribus litteris in margine et in fine excerptorum adscriptae. 235 folia, sine indice; continet varia scripta, p. 27—52 fragmenta M. Antonini et Aeliani ab eadem manu perscripta, quibus inscribitur: μάρκου ἀντωνίνου καίσαρος αὐγούστου. ἐκ τῶν καθ' αὐτόν. Aeliani nomen fere omnibus excerptis adscriptum est. saec. XIV (vix XIII).

B = codex Barberinus II, 99, chartaceus forma foliorum varia, in fragmentis Antonini num. lin. fere 30. glossae omnino desunt. 68 folia, quorum antiquissima sunt 1—3; haec continent M. Antonini et Aeliani fragmenta, quibus inscribitur: Μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' ἑαυτόν. Haec saec. XIV (vel XV) esse videntur, ceterae partes ab diversis scriptoribus profectae sunt.

L 1 = Laurentianus 55, 7, bomb. (in catalogo Bandinii est chartaceus) formae 8 maioris (22 : 15 cm; margines 2—3 cm) num. lin. varius, tamen Antonini fragmenta

maximam partem 34 lineis scripta sunt. 438 folia eadem manu perscripta, cum indice Latino. p. 251, 260, 265—271 continet excerpta ex M. Antonino et Aeliano cum glossis,[1]) quibus p. 265 inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὐτόν* (sic). saec. XIV (a Bandinio saeculo XV attribuitur).

L 2 = Laur. 59, 17, chartaceus formae 8 (20 : 14 cm; margines 3 cm); num. lin. diversus, in Antonini fragmentis 30 fere lineae. 178 folia a diversis librariis scripta; sine indice. p. 81—85 continet Antonini fragmenta omissis et glossis et excerptis ex Aeliano, p. 81 inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' ἑαυτόν.* saec. XV.

L 3 = Laur. 74, 13, chartaceus formae 8 (20 : 12 cm; margines 2 cm) num. lin. in Antonini fragmentis 30 fere. 346 folia eadem manu scripta et ab Johanne quidem discipulo quodam Georgii Scholarii,[2]) qui indicem quoque Graecum scripsit. p. 240—245 leguntur M. Antonini fragmenta sine Aeliano glossisque, quibus p. 240 inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' ἑαυτόν.* saec. XV.

L 4 = Laur. 59, 44 bomb., formae 4 min. (24 : 17 cm; margines 4 cm), num. lin. in Antonini fragm. 22. 311 folia eadem manu scripta. sine indice. p. 207—221 continet Antonini et Aeliani fragmenta cum glossis. Inscriptum nihil omnino est. saec. XIV.

M 1 = Marcianus classis XI, cod. 1. membr. male conservatus, formae 16 (14 : 11, 5 cm; margines exigui) num. lin. in textu circa 20. 120 folia supra palimpsestum scripta eadem, ut videtur, manu quamquam diversae magnitudinis litteris. De priore scripto nihil constat

---

[1]) Hic ordo neglectus erat a Bandinio in catalogo suo bibliothecae Laurentianae.

[2]) Utile hoc est ad tempus huius codicis definiendum; floruit enim initio saeculi XV ille Georgius; cf. Fabricium VI. p. 342 sq.

nisi quod Christianum librum fuisse apparet. Index deest, tamen adscriptum est p. 1: Aesopi apophthegmata 400 annorum et alia miscellanea. p. 31 sqq. p. 61 sqq. p. 85 sq. continet M. Antonini et Aeliani fragmenta alieno a ceteris mss. ordine adiectis glossis. p. 61 inscribitur: *Μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν.* saec. XIV.

M 2 = Marcianus XI, 15, chartaceus formae 8 maioris (21 : 15 cm; margines varii) num. lin. varius (fere 27); sunt 137 folia ab eadem manu oriunda; index quidem deest, tamen p. 1 legitur: Philostrati imagines et Heroica. 300 saltem annorum bene conservatus. — p. 77—92 continet Antonini et Aeliani fragmenta solito ordine. p. 77 inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν.* saec. XIV.[1])

P = codex Parisinus (Regius) 2649, chartaceus formae 8 maioris (20 : 14 cm; margines lati 2—4 cm) num. lin. varius (fere 24—30). 212 folia eadem, ut videtur, manu scripta, cum indice Graeco. Insunt varia, p. 174—184 fragmenta M. Antonini sine glossis et omissis Aeliani fragmentis. p. 174 litteris maiusculis inscribitur: *μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' ἑαυτόν.*[2]) saec. XIII vel XIV.

G = codex Guelferbytanus (Gudianus Gr. 77), chartaceus (vix bomb.) formae 8 maioris (21 : 14 cm; margines 3—4 cm) num. lin. fere 26. 427 folia ab uno librario conscripta, cum indice post addito. Insunt collectanea, p. 389—401 fragmenta M. Antonini sine glossis intermixta cum Aeliani fragmentis.[3]) p. 389 inscribitur:

---

[1]) Certe minoris aetatis est quam cod. *M* 1, tamen saeculo XV non magis eum quam XIV attribuerim.

[2]) ad singula fragmenta paragraphi editionis Gat. a de Joly, opinor, adscripti sunt.

[3]) ad Aeliani fragm. adscripti sunt numeri librorum et paragraphorum a Lessingio, ut videtur.

μάρκου ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν. saec. XIII vel XIV.

Mo 2 = Monacensis 529, bomb. formae 8 (20 : 14 cm; margines varii) lin. num. 24, glossae litteris minusculis adscriptae. 256 folia, quae continent varia scripta, in his p. 134—143 fragmenta M. Antonini (sine Aeliani fragmentis) cum glossis. haec ab uno scriptore profecta sunt. Inscribuntur: ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον δεύτερον (sic). saec. XIII vel XIV. Hic codex olim Augustanus idem est atque codex Hoeschelianus, cuius lectiones variae ab illo criticorum Germaniae principe descriptae et posthac per nonnullos viros doctos (cf. praef. ed. Cas.) communicatae sunt cum Mer. Casaubono.[1])

Quoniam ergo descripsimus conditionem horum librorum, de origine ac cognatione eorum disputandum erit, quae est satis difficilis materia. Omnes igitur praeter *L* 2 et 3, *P*, *Mo* 2 continent fragmenta Antonini permixta cum fragmentis Aeliani περὶ ζῴων. Sed cum huius rei nihil in plerisque codd. adnotatum esset, factum nimirum est, ut Bandinius, Laurentianae bibliothecae abhinc centum decem fere annos praefectus, vir inter paucos doctus, omnia haec fragmenta tribueret Antonino in indice illius bibliothecae. Cognovit eam rem Lessingius ut erat sagacissimus in re critica et excusavit virum celeberrimum ut dormitantem Homerum; cf. Lessing ed. L. IX p. 140—149: „Vermeintliche Ἀνέκδοτα des Antoninus in der herzoglichen Bibliothek zu Florenz." et Aeliani de natura animalium ed. Jacobs, praef. p. LXXVI. Quemadmodum autem factum sit, ut Antoninus confunderetur cum Aeliano ac miscerentur philosophi commentarii cum historia animalium,

[1]) Declaratur ea res optime numero atque ordine fragmentorum paullum diverso ab ceteris mss. Perturbavit igitur rem per se planam Fabricius (in bibl. graeca) scribens: „Ex codice bibliothecae Heidelbergensis, qui vero periit, cuius tamen exemplar Hoeschelius sibi fecerat, ex quo Mericus Casaubonus varias edidit lectiones, Xylander primus publicavit textum graecum." Immo Xylandri codex erat Palatinus, Hoeschelii autem Augustanus, nunc Monacensis 529.

neque adhuc quisquam perspexit et ego dubitabam, an libere profiterer imbecillitatem atque inopiam meam. At ubi nihil habes certi, si verisimile aliquid inveneris, contentus esto.

Omnes igitur codices, quibus illa fragmenta Antonini (et Aeliani) traduntur, referti sunt eis scriptis, quae pertinent ad mores hominum; praeterea continent grammaticorum et sophistarum libros, anthologiae denique Graecae selecta carmina. Sed cum longum sit infinitam hanc materiam explicare, adnotamus *V* 1 continere Libanium, Catonis sententias, Maximi Planudis scripta, *V* 2 Manuelem Cretensem, Paulum Silentiarium, epigrammata selecta, Moschopuli scholia Homerica, *V* 3 Philostrati imagines, Paulum Silentiarium, epigrammata selecta, *V* 4 epistolas a Christianis conscriptas, quaedam ad artem grammaticam pertinentia, Aristophanis fragmentum (ran. v. 1464 sqq.), Philostrati imagines, Paulum Silentiarium, epigr. sel., Philostrati heroica, Maximum Planudem, Epictetum, *V* 5 artem grammaticam, Paulum Silentiarium, epigr. sel. etc. Jam enim vides, opinor, similitudinem et cognationem quandam horum librorum. Qui profecti videntur esse a fabrica ista grammaticorum, quae saeculo XIII et XIV florebat Constantinopoli, cuius principes ac tanquam magistri fuerunt Moschopulus et Maximus Planudes. Scimus autem hanc aetatem, cum parum intellegeret veterum opera omnibus numeris absoluta, haec secutam esse suis studiis, unum, ut artem grammaticam doceret, alterum, ut versibus dictis sententiis undique allatis mores hominum corrigeret. Et Marcum Antoninum hi neglegerent, cuius libri toti sunt in moribus considerandis? Sed Aeliani quoque animalium historia maxime ad eam rem idonea erat. Si enim intueris istos locos, facile intellegis miram animalium prudentiam laudari his exemplis quamvis ineptis.[1])

[1]) Sunt autem hi loci Aeliani περὶ ζῴων Antonini fragmentis permixti: 1, 22; 25; 28; 6, 22; 2, 29; 1, 17; 34; 3; 5; 49; 4, 25; 50; 49; 57; 60; 1, 1; 2; 4; 7; 13; 9; 10; 11; 16. Hic est solitus ordo fragmentorum Aeliani in codd. nostris.

Composuit igitur tanquam anthologica moralia sententiis collectis ex veterum scriptis homo quidam doctus incipiens forte a littera *A*, quod opus aut interruptum ab ipso auctore aut temporum infortunio dissipatum est. Sed cum Antonini libri integri, quos admodum raros fuisse his temporibus declarat ipsa codicum paucitas, minus innotuissent, falso quidam opinabantur et scribentes et legentes omnes illos locos esse selectos ex Antonino. Invenis enim nusquam indicem Aeliani in illis codicibus, raro autem (in cod. *V* 4 et *V* 5, ut supra diximus) adscriptum est iam a vetere manu Aeliani nomen. Neque tamen omnino evanuisse rectam sententiam apparet ex codd. *L* 2 et 3, *P*, *Mo* 2, in quibus sola Antonini fragmenta omissis Aeliani capitibus reperiuntur. Qui codices etsi (*L* 2 et 3 certe) recentiores sunt ceteris, tamen a doctioribus hominibus perscripti sunt.

Haec nostra opinio aut si mavis coniectura est. In qua acquiescere iam coeperam, cum inveni aliquid novi. Inscriptum est enim in codice *L* 1 p. 251 ante ipsa fragmenta M. Antonini (cf. quae supra de ordine eius codicis exposuimus) hoc lemma: *γνῶμαι καὶ ἐπιγράμματα ἀπὸ τῶν ἔξω σοφῶν ἐκ τῶν συλλεγέντων παρὰ μακαρίτου κυροῦ Μαξίμου τοῦ Πλανούδη*. Habemus igitur auctorem nostri florilegii. Neque enim quisquam dubitaverit, quin recte illa sint tradita, praesertim cum non epigrammata solum collecta a Planude, sed etiam Cato et Boethius [1]) conversi in Graecum sermonem ab eodem, alia denique eius scripta, grammatica potissimum inveniantur in compluribus illis codicibus. Ab ingenio autem istius viri minime alienum esse tale opus cum ex eis quae de totius illius aetatis moribus supra diximus consentaneum est, tum maxime probatur eis quae de ipso Planude scimus, viro diligentiae magnae, exilis ingenii, in colligendo quam intellegendo peritiore. Verum hoc dubium fortasse alicui videbitur, num

[1]) Inditus praeter carmina, quod ego sciam. Inest autem in cod. *V* 1.

unum opus effecerint sententiae et epigrammata paganorum sapientium a Planude collecta. Equidem hoc putaverim: nam in plerisque nostris codicibus [1]) una cum Antonini (et Aeliani) fragmentis (vel permixta inter se in uno codice *M* 1) traduntur epigrammata Metrodori aliorumve poetarum, atque idem significare videntur verba illius inscriptionis: *γνῶμαι καὶ ἐπιγράμματα*. Concedo tamen cogitari posse de duobus florilegiis, altero sententiarum,[2]) epigrammaton altero: fuit enim uberrimus scriptor (cf. Nicolai III [2] p. 254 sqq.). Certum utique hoc esse mihi videtur deberi illi Maximo Planudi miras istas quasi nuptias Antonini et Aeliani.

Haec habemus de omnium horum codicum origine ac fonte: nunc dicendum est de singulis, quemadmodum inter se cognati sint.

Singularis est Barberinus, qui ut forma et scriptura discrepat a ceteris ita numero quoque fragmentorum. Continet enim novem tantum paragraphos Antonini: 7, 22; 7, 18; 4, 49; 6, 31; 10, 32; 10, 35; 11, 34; 12, 4; 12, 14. Est igitur excerptum quoddam ex excerpto. Desunt autem glossae et scholia omnia, correcta tamen vitia prioris manus sunt ab altera manu; cf. 7, 22 *τι πρὸ πάντων*, ubi superscriptum est super *τι*: *καὶ* et ibid. *ἤ πωϑεν*, cui superscriptum est *ρσσ*, ut efficiatur *ἢ πρόσϑεν*.

Rursus per se et collocandi sunt et considerandi ei codices, qui Antoninum praebent liberatum ab inepto comitatu Aeliani. Sunt autem *L* 2 et 3, *P*, *Mo* 2. Quorum simillimi inter se sunt ipsa forma *L* 2 et 3; minime tamen pares sunt neque alter codex alterius est exemplar. Quod declarat 12, 34, ubi

[1]) cf. quae supra de *V* 1—5 exposuimus; etiam *L* 1 3 4, *M* 1 et 2, *G* denique epigrammata continent.

[2]) Huc non attinet, opinor, aliud florilegium, quod inveni in compluribus codd., velut Vallicellano E. ss, cui inscribitur illic *γνῶμαι συνϑεταὶ κατ' ἐκλογὴν ἔκ τε τοῦ Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτίτου* (sic) *καὶ ἑτέρων φιλοσόφων*. Illic enim leguntur lemmata singula velut *περὶ ψυχῆς*, *περὶ συνειδήσεως*, *περὶ ἀρετῆς* *κτέ*. Aliud florilegium et id quidem magnitudine praestans Stobaei est.

L 2 habet *ἐγερτικώτατον*, *L* 3 *διεγερτικώτατον*. Parisinus autem quamquam forma et scriptura diversus re ipsa prope abest ab his Laurentianis. Tres enim hi codices pariter glossis carent, pariter eadem Antonini fragmenta ordine praebent eodem,[1]) pariter denique habent multas lectiones a ceteris codicibus diversas. Sic 8, 48 *M* 2 et 3 et *P* habent hunc exitum: *ὁ μὲν οὖν μὴ ἑωρακὼς τοῦτο, ἀτυχὴς, ὁ δὲ ἑωρακὼς καὶ μὴ καταφεύγων, εὐτυχής*. Quae est sine dubio emendatio docti cuiusdam librarii bono quidem consilio iudicio tamen pravo facta pro vulgato: *ὁ μὲν οὖν μὴ ἑωρακὼς τοῦτο, ἀμαθὴς, ὁ δὲ ἑωρακὼς καὶ μὴ καταφεύγων, ἀτυχής*. Et 6, 13 in *L* 2 et 3 et in *P* deest *ὅτι* post *καὶ πάλιν*, et 9, 42 eidem codd. omnes praebent *τὴν τοιαύτην τὴν διάθεσιν*, quae congruentia fortuita esse nequit. Aliis vero locis differre inter se horum codd. lectiones iam supra dictum est, cf. etiam 5, 8, ubi *L* 3 in exitu omittit *ὥσπερ τῶν μορίων, οὕτω δὴ καὶ τῶν αἰτίων*, qua lacuna declaratur neque *L* 2 neque *P* oriundum esse ab *L* 3; cum autem 12, 34 *L* 3 solus habeat *διεγερτικώτατον*, rursus hic neque ab *L* 2 neque a *P* profectus esse potest, qui habent *ἐγερτικώτατον*. Deinde *P* exemplar fuisse ei librario qui exaravit codicem *L* 2 vix putaverim, cum ille permultis mendis sit vitiosus, cf. 8, 34 ubi habet *συμφεῖναι* (*L* 2 recte *συμφῦναι*), et restat hoc unum dubium, num *P* profectus sit a codice *L* 2. Magna sane est convenientia horum codicum, nisi forte permulta illa de quibus supra dixi menda in *P* magni facis, quae inde fluere potuerunt quod auribus magis quam oculis iste librarius usus est in describendo. Utrique codici pariter subscriptum quoque est: *τέλος τῶν φιλοσόφων τοῦ ἀντωνίνου*. Attamen, si contuleris locos velut 5, 8 fin., ubi *L* 2 habet *εὐοδίας τε καὶ συντελείας καὶ τῆς συμμονῆς αὐτῆς*, contra *P*: *εὐοδίας τε καὶ συντελείας τυγχάνειν* (hoc deletum postea)

[1]) Est autem diversus hic ordo a ceteris mss. Ita 8, 34 his tribus codd. (*L* 2 et 3 *P*) inter 4, 49 et 5, 8 interpositum est.

καὶ τῆς συμ (hoc additum postea) μονῆς αὐτῆς, et 9, 1 med., ubi *L* 2 praebet: ἐπὶ τἀναντία φερόμενος τοῖς ἀληθέσι, *P* contra: ἐπὶ τοῖς ἀληθέσι τἀναντία φερόμενος, ita ut τοῖς ἀληθέσι post sit deletum et in margine ante φερόμενος positum, rectius fortasse videbitur si putamus *P* codicem neglegenter prius scriptum collatum esse postea et correctum aut ex *L* 2 aut ex codice illius simillimo.

Certum igitur hoc est *L* 2 et *L* 3 et *P* cognatos inter se esse atque similes, simillimos autem *L* 2 et *P*. Quorum omnium maxime vitiosus est *P* multisque locis correctus, diligentior *L* 2, doctissimus *L* 3, sed quo magis doctrinam redolet librarii, eo minus utilis est liber ms. ad restituenda ipsius scriptoris verba.

Restat unus horum codicum, qui Aeliani fragmenta repudiaverunt, *Mo* 2, quem eundem esse atque codicem Hoeschelianum supra docuimus. Hic cum numero atque ordine fragmentorum, scholiorum quoque multitudine discrepat a ceteris, tum inscriptum ei est: ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον δεύτερον.[1]) Qua inscriptione, opinor, et ipso genere philosophandi inductus Hoeschelius editurus erat haec fragmenta sub hoc titulo: Epicteti Enchiridion II, sive Theosebii Epicteteae doctrinae Syngramma: ex Augustana Bibliotheca Graece nunc primum a Dav. Hoeschelio Aug. editum. Quae scriptiuncula adhuc inedita in manus venit Merici Casauboni, qui ad suam Antonini editionem ea utebatur. Ceterum difficillimus nunc est lectu hic codex incuria quadam obscuratus. Deinde neque liber est vitiis, cf. 7, 22: καὶ διάνοια pro καὶ δι' ἄγνοιαν, et quae nova ex eo indagavi parvi sunt momenti, velut 7, 23: δεινὸν δὲ οὐδὲν τὸ διαλυθῆναι τῷ βιοτίῳ (?) pro κιβωτίῳ.

Venimus igitur ad eos codices, qui eadem fere et Antonini et Aeliani fragmenta praebent, *V* 1—5, *L* 1 et 4, *M* (Marc.)

---

[1]) Antecedit enim in eodem codice manuale Epicteti finiens in verba πρόχειρον οὐκ ἔχομεν (= c. 51 ed. Heyne et ed. Dübner).

1 et 2, *G*. Sed paullum est diversus a ceterorum quasi choro *M* 1 et forma ipsa libri et ordine numeroque fragmentorum. Nam praeterquam quod neglegentia eius qui conglutinavit codicem perturbatus est solitus ordo amissaque sunt quaedam (inter p. 73 et 74 codicis desunt 9, 1 fin. et 9, 40 init.): hoc valde mirandum est quod complura fragmenta Antonini bis inveniuntur in hoc libro. Cum enim p. 75 sq. 12, 4; 12, 14; 12, 34 legantur, iterum p. 85 eadem fragmenta reperiuntur eodem fere tenore nisi quod illic falso omittitur 12, 4 ἐν ante ἐλάττονι λόγῳ τίθεται, quo declaratur p. 85 illa fragmenta non repetita esse ex p. 75 sq. Adnotandum autem est hunc codicem simillimum esse Vaticani 2, ex quo tamen *M* 1 profectus esse non potest, cum plura habeat fragmenta Aeliani, cf. etiam 9, 40, ubi σὺ · πῶς μὴ ἐπιθυμήσω τοῦ κοιμηθῆναι μετ' ἐκείνης in *V* 2 deest, contra inveniatur in *M* 1. At ne *V* 2 quidem oriundus est a *M* 1, cum intellegi nequeat quare *V* 2 etsi vidisset hunc codicem nondum perturbatum et decurtatum complura fragmenta Aeliani omiserit.[1]) Hoc tamen veri simillimum est commune fuisse exemplar utrique codici.

Vaticani autem ceteri (1 et 3—5), *L* 1 et 4, *M* 2, *G* denique coniuncti sunt inter se similitudine satis magna. Qui omnes continent eadem Antonini et Aeliani fragmenta et continent quidem eodem fere ordine. Nam quod *V* 1 diversum a ceteris praebet et numerum fragmentorum et ordinem, magni non facies, cum disiectus sit hic codex atque mutilatus. *V* 5 autem hoc discriminis habet, quod 8, 57 et 56 ponit ante 7, 22 sqq.; in *L* 1 autem vehementius turbatus est solitus ordo, tamen incuria eius, qui in librum ligavit folia, hoc factum esse apparet.[2]) Etiam in *L* 4 desunt nonnulla fragmenta, sunt autem Ant. 7, 22 et 7, 18, Ael. 1, 22 et 1, 25, quae initio

[1]) In *V* 2 viginti fragmenta Aeliani invenis, in *M* 1 duodetriginta.

[2]) Nam p. 260 alio quam debebat loco inserta est. Praeterea autem hoc mirum est, quod nonnulla fragmenta (12, 4; 12, 14 sq.; 12, 34) permixta sunt cum epigrammatis; cf. quae de eisdem fragm. in *M* 1 disputavimus.

excerptorum alibi leguntur. Sed cum titulus quoque omissus sit in *L* 4, facile putaveris initium prorsus periisse aut in ipso hoc codice aut in eius exemplari.

Ceteri codices *V* 3 et 4, *M* 2 *G* plane eundem ordinem servant. Glossae vero in his omnibus codicibus eaedem fere inveniuntur, nisi quis forte minutiarum diversitate offenditur. Quamquam autem simillimi sunt hi codices, nullus tamen adeo par est alteri cuidam, ut eius *ἀπόγραφον* sit dicendus et existimandus. Quod optime brevissimeque liceat nobis declarare afferendo per continua capita M. Antonini omnem lectionum varietatem.

V. Specimen lectionum varietatis. [1])

7, 22 Ἴδιον κτέ. —

Servatur codice *A* et omnibus eis quos eiusdem classis appellavimus (i. e. *V* 1—5, *B*, *L* 1—4, *M* 1 et 2, *P*, *G*, *Mo* 2 quos ubi concinunt omnes compendii causa significamus littera *X*) excepto *L* 4.

τὸ deest in *A V* 1 et 2 *B L* 1—3 *M* 1 et 2 *P G Mo* 2; *V* 3—5 servat — γίνεται *A* γίνοιτ' ἂν *V* 1—5 *L* 1—3 *M* 2 *P G Mo* 2; γένοιτ' ἂν *P M* 1 — συμπροσπίπτῃ [2]) *A*; προσπίπτῃ *X* — δι' ἄγνοιαν ἄκοντες (sine καὶ) *L* 2 et 3 *P*; διάνοια *Mo* 2 (sic); ἄκοντας *V* 4 — ὡς deest in *A* — καὶ ὅτιπερ ἀμφ. (omisso μετ' ὀλίγου) *X* — τεθνήξεσθαι *A V* 5 (erasum?) *B* — ἔβλαψεν σε *A*; ἔβλαψέ σεν *P*; ἔβλεψε *B* — τι πρὸ πάντων (superscripto καὶ) *B* — πωθεν (superscripto ροσ) *B* — ἦν deest in *V* 2 *M* 1.

7, 18. Servatur *A* et *X* (excepto *L* 4). — τί δὲ δόν. *X*; iidem et *A* τί δὲ φίλτ. — φίλτρον *V* 4 — εἰκαιότερον *A* — αὐτοὺς λούσασθαι *A* — μεταβάλῃς (bis) *X* (*B*: μετα-

[1]) Ne specimen novae cuiusdam editionis hic exspectaveris. In qua aliquot certe loci sunt emendandi et valde coercenda est illa abundantia lectionum variarum. Nunc neque ullam emendationem recipimus et textum ed. Sch. minoris servamus immutatum.

[2]) ι subscriptum (vel adscriptum) in libris mss. aut additum esse aut omissum a nobis hic non notatur; nimis enim variant et inter se codd. et ne singuli quidem constantes sibi sunt.

βάλλῃς — τραφῆναι δὲ δύνησαι *A* — ἀπὸ τῶν χρησίμων *V* 2 *M* 1, cf. quae infra de glossis ad hunc locum exponemus — χρυσίμων *B* — τελεσθῆναι (omisso συν) *X* — αὐτὸν τὸ σε μεταβ. *V* 3 — μεταβαλλεῖν *B*.

7, 7. Serv. *A* et *X* (excepto *B*). — τοὐπιβάλλον *X* — στρατιώτης *L* 2 (et *Mo* 2?) — τῇ χομαχία *A* (sic) — ἂν pro ἐὰν *V* 5 — σοὶ μὲν *L* 1 — χωλεύων *X* — οὐ δύνῃ *Mo* 2 — δύνησαι *M* 1 (in *V* 2 post δύνῃ spatium erasum, item in *P*).

4, 49. Serv. *A* et *X*, in quibus inc. Ἀτυχὴς ἐγὼ κτέ, ab his autem verbis in *A* quoque novum orditur caput. — οὔθ' ὑπὸ τοῦ παρόντος *X*; οὔτε ὑπὸ παρ. (sine τοῦ *A* — οὐ τὸ ἐπιὸν *A* — γάρ τοι τοιοῦτον *V* 3 (sic); γὰρ τοιοῦτον (omisso τὸ) *V* 5 — πάντη ἐδύν. *A* — ἠδύνατο *V* 5 (correctum ex ἐδύν.) — ἄλυπος δὲ πᾶς ἐπὶ τούτῳ οὐκ ἂν διετέλεσε *L* 2 et 3 *P* — τούτω εὐτύχημα *B* — εἶναι δοκεῖ σοι *A X* — κωλύει σε *A V* 1, 2 *B L* 1—4 *M* 1, 2 *P G Mo* 2; κωλύσει σε *V* 3, 4, 5 — ἀπρόσπτωτον *A* — ἔμφρονα ἀψευδῆ αἰδήμονα ἐλευθέριον *X* — τὰ ἄλλα ἃ συμπαρόντων *A* — ἡ post φύσις deest in *X*. *X* finiunt in τὰ ἴδια, ubi etiam in *A* novum caput initium habet.

5, 8. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — ὁποῖον ἐστι (omisso τὶ) *X* — ἢ ψυχρολουσίαν ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων *L* 2 et 3 *P* — ἀνυποδυσίαν *V* 2 — καὶ τὸ desunt in *V* 2 et *M* 1 — συνέταξεν τούτων *A* — νόσου *V* 2 — πείρωσιν *A* — τοιοῦτό τί σημ. *X* (solus *L* 3 τοιοῦτόν τι σημ.) — ἔταξεν τοῦτο *A* — εἰς ὑγίειαν *A* — τέτακται πῶς πρὸς αὐτὸ κατ. εἰς τὴν ὑγ. *A* — οὕτω γὰρ καὶ συμβαίνειν αὐτὰ λέγομεν ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους τοῖς τείχεσιν οἱ τεχνῖται συμβαίνειν λέγουσι *X* (nisi quod *V* 3 *G* συμβαίνει, *V* 4 συμβαίνῃ habet) ἐν ταῖς πυραμ. *A* — συναρμόζοντας *A* — νορῦσι — συνετάττετο desunt in *X* — φασι γοῦν *A* — καὶ τούτῳ συνετάττετο *A* — δεχόμεθα *A* — ἃ post ἐκεῖνα deest in *A* et *X* — ἐστι ante τραχέα deest in *X* — τοιοῦτον οὖν τί σοι δ. *X*, nisi quod in *M* 2 deest οὖν et τισι *L* 1 τοίνυν σοι *L* 3

praebet — *ὑγείας* et *ὑγεία* *L* 2, 3 *P*; sed infra iidem *ὑγίειαν* — *ἡ σν ὑγίεια* *V* 3 (sic) — *κἂν τὸ ἀπηνέστατον* *X* — *δοκεῖ* (pro *δοκῇ*) *A P* — *ἄγει* et *σκόμου* (pro *κόσμου*) *G* (sic) — *εὐωδίαν* *V* 3 — *τοῦτο τι ἔφερεν* *A*; *τοιοῦτο τινι* *V* 2 *M* 1 — *τυχοῦσα* ante *φύσις* deest in *A* et *X* — *τῷ* ante *τὸ ὅλον* deest in *X*, nisi quod *L* 2 et 3 *τῶ* pro *τὸ* habent — *τῆς* ante *εὐοδίας* deest in *A* — *εὐοδίας τε καὶ συντελείας καὶ τῆς συμμονῆς κτὲ* *X*, sed *V* 5 *δὲ* pro *τε* habet — *καὶ τὸ ἰδίᾳ εἰς ἕκαστον ἦκον* deest in *A* — *τῆς συνεχείας καὶ συναφείας* *X*, sed *P* pro *συναφείας* habet *δυναστείας* (sic) — *οὕτω δὲ καὶ* *A V* 2—5 *L* 4 *M* 1 et 2 G, *οὕτω καὶ* *L* 1 — *αἰτιῶν* *A* — *ὥσπερ τῶν μορίων* — *αἰτίων* desunt in *L* 3 — *τὸ ἐπὶ σοὶ* *X* — *ἀναιρεῖς* *V* 1—4 *L* 1 (*L* 2?) *M* 1 *G*; ceteri *ἀναιρῇς*.

5, 18. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — *συμβαίνειν ὃ οὐχὶ ἐκεῖνο πέφυκε φέρειν αὐτῷ* *A* — *ἄλλα* *A* — *ταὐτὸ* *V* 2 *M* 1; *ταῦτα* *V* 4 5 *P* (cum duobus accent.); *αὐτὰ* *G*; *ταὐτὰ* ceteri — *ἀνοῶν* *L* 2 et 3 — *εἰ ἐπιδείκν.* *A* — *ἰσχυροτέραν* *X* (*V* 1 obscuratum ac dubium, quod ubi nullius est momenti liceat omittere).

5, 26. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — *ἐν σαρκὶ* *V* 2—5 *L* 1—3 *M* 1 *P*, cett. servant *τῇ* — *αὐτὸ* *A* et *X* — *ἐκείνοις ἐν τοῖς μορίοις* *V* 2 (sic) — *ἐξ αὐτοῦ* *V* 2 *M* 1.

6, 13. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — *φαντασία* *X* excepto *V* 5, qui habet *φαντασίαν* — *ἐντὸς δὲ νεκρὸς ὄρνιθος* *V* 4 — *καὶ* ante *πάλιν* deest in *V* 2 *M* 1 — *ὁ Φάλερνος* — *καὶ* desunt in *X* — *τριχία ἐστὶ προβ.* *X.* — *προβάτου* *V* 2; *προφατίου* *Mo* 2 — *αἵματι* *A* — *κογχύλης* *Mo* 2 — *κατὰ τὴν οὐσίαν* *A* et *Mo* 2 — *σπαμοῦ* *G* (sic) — *διεξιοῦσαι αὐτῶν* *X* — *οὕτω δὴ* *V* 1, in *V* 2 et *M* 1 deest *δεῖ* — *ἀξιοπιστότατα πράγμ.* *A* — *ὑφ' ἧς σεμνύνεται* — *καταγοητεύει.* hic fin. *X.* *καταγοητεύη* *L* 2 et 3, *M* 2, *Mo* 2; *P*: *καταγοητέον*, sed in margine ab alia manu *καταγοητεύει.*

6, 31. Serv. *A* et *X.* — *ἐνοήσας* *P* — *ὄνειρή σοι* *B* (sic).

6, 39 et 40 et in *A* et *X* (in *B* deest) nullo intervallo leguntur. — *τί συγκεκλήρωσαι A* — *συνκεκλήρωσαι P* (sic) — *συνάρμοττε V* 5 — *εἰς πρὸς V* 2 *M* 1 — *κατεσκεύασθαι V* 2 *M* 1 (in *V* 3 idem, sed correctum; *P κατεσκευασας* corr.) — *ποιεῖν εὖ ἔχει P* — *καίτοι* deest in *V* 3—5 — *ἐστὶ καὶ* ante *παραμένει* in *V* 2 erasum, in *M* 1 deest *καὶ* — *τὸ* ante *βούλημα* deest in *V* 2 *M* 1; contra *L* 2 et 3 *P* habent *ἐὰν τὸ βούλημα* omisso *κατὰ* — pro *ἔχῃς καὶ* ante *διεξάγῃς A* praebet *αὐτὸν*, in *X* desunt haec verba. *ἔχειν σοι κατὰ πάντα νοῦν P*, sed correctum.

7, 53. Serv. *A* et *X* (exc. *B*) *κατὰ κοινὸν* (sine *τὸν*) *V* 5 — *ἀνθρώπων λόγον V* 1, 3, 4, 5 *L* 2 et 4 *M* 2 *P* (hic etiam *λόγων* corr.) *G*; ceteri *ἀνθρώποις* — *κατὰ τὴν σκευὴν V* 1, 3, 4, 5 *L* 1 et 2 *P G*.

7, 62. Serv. *A* et *X* (exc. *B*) *ἐκβλέπων P* — *ψυχὰς* pro *πηγὰς A* — *τῆς* ante *ὑπολήψεως* omissum in *P*.

7, 63. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — In *L* 3 supra *φησὶν* superscr. *ἐ* (an Epictetum significare voluit ille librarius? cf. Gat. ad hunc locum) — *ἄκουσας στέρεται P* (sic) — *καὶ σωφροσύνης* deest in *V* 2 et *M* 1.

7, 64. Serv. *A* et *Mo* 2. — *καθολικὴ* pro *καθὸ ὑλικὴ A* — *βοηθεῖτο Mo* 2 — *κακείνου μέμνησο Mo* 2 — *λέγε σεαυτῷ Mo* 2.

7, 66. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — *εἰ μὲν* (pro *μὴ*) *A* — *Τηλαυγὴς A V* 2 et 4 *L* 1, 2, 4 *G Mo* 2 — *κρεῖσσον A* — *ταῖς σοφισταῖς* (superscr. *τοῖς*) *P* — *καρτερικώτατα A* et *X* — *σαλαμιόνιον V* 3 (sic; idem erat in *V* 5, sed correctum est) — *γενικώτερον A* — *ἔδειξεν ἀντιβῆναι P* — *τῷ δίκαιος εἶναι ἀρκεῖσθαι X* (*L* 4 omisso *τῷ*) — *μητ' ἐκεῖ A* et *X* — *μηδὲ μὴ L* 2; *μηδὲ δουλ.* omisso *μὴν L* 3, *μήτε μὴ P* (sic).

7, 70. Serv. *A* et *X* (exc. *B*) *μέμνησον V* 3 — *ἐστι* post *αἰσχρὸν* alterum *V* 1 — *γέγονεν ἀντίπνοια V* 5 *L* 2, 3 *P* — *ἢ ἀντίπν. γέγ.* (omisso *εἰ*) *L* 1; in *M* 1 *εἰ* post additum esse videtur.

8, 17. Serv. *A* et *X* (exc. *B*); inc. autem in *X* **Οὐδενὶ** *μεμπτ.*, a quibus verbis etiam in *A* nova orditur sectio. — **εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύνασαι** *V* 1 — **εἰ δὲ μὴ τοῦτο** pro **μηδὲ τοῦτο** *A* — super **σοι φέρει** superscriptum in *P* alia manu **συμφέρει**.

8, 34. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — **ἀποτετιμημένην** deest in *L* 2 et 3 *P* — **χωρίς που ἀπὸ τ. λ. σ.** (omisso **ποτὲ**) *X* — **ἢ ἀκοινώνητόν τι πράσσων** (omisso **ὁ**) *V* 2 *M* 1 — **ἀπέρριψε** *A*; **ἀπέρριψας** *L* 1 — **που** post **ἀπέρριψαι** deest in *X* — **νῦν σεαυτὸν** (omisso **δὲ**) *A* et *X* praeter *L* 3 (non *L* 4), qui servat **δὲ** — **μὴ τὴν ἀρχὴν** *X* (etiam *V* 3 haec habet) — **ὑπ' αὐτὸ ἐποίησε** *L* 1 — **συμβῆναι** *A*; **συμφεῖναι** *P*.

8, 48. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — **εἰς σεαυτὸ** *A* (sic) — **στραφὲν** *V* 1 *L* 4 *M* 2 — **ποιοῦντι τὶ** *L* 2 *P* — **ὅταν μετὰ λόγου** *V* 2 *M* 1 — **καὶ** ante **περιεσκεμμένως** deest in *A* — **καὶ ἐσκεμμένως** (omisso **περι**) *X* — **ἐλευθέρα πασῶν** *L* 3 (sic) — **ἐφ' ὧ καταφεγὼν** *V* 3; **ἐφ' ὧ** *L* 3 — **ὁ μὲν οὖν μὴ ἑωρακὼς τοῦτο ἀτυχὴς, ὁ δὲ ἑωρακὼς καὶ μὴ καταφεύγων ἀτυχής** *L* 2 3 *P*.

8, 54. Serv. *A* et *D* et *X* (exc. *B*). — **σωφρωνεῖν** *V* 3 — **διαπεφύτηκε** *A* — **πάντη πέφυκε καὶ διαπ.** *L* 2 et 3 (et *P* omisso **καὶ διαπ.**) — **πᾶσαι** pro **σπᾶσαι** [1]) *A* (sic) — **δυναμένῳ** pro **βουλομένῳ** *A* et *D* et *X* praeter *V* 3 qui habet **βουλομ.** — **ἡ** ante **ἀερώδης** deest in *V* 3—5 — **ἡ ἀερώδης τῷ σπᾶσαι καὶ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ** *L* 3.

8, 57. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — **γε** deest ante **κέχυται** in *X* — **εἴδοις ἂν** *L* 3 (sic) — **γίνεται γὰρ κατ' εὐθὺ** *A* et *X* — **διῆγον** pro **διεῖργον** *V* 2 *M* 1 (sic) **διείργοντος τὸν ἐπέκεινα ἀέρα** *V* 5 *G* — **ἐνταῦθα δέ ἐστιν** *A* et *X* (in *V* 2 post correctum in **η**?) — **λύσιν** non **χύσιν** *A* et *X*, sed *V* 5 **χύσιν** — **ῥαγδαῖον** *X* (*V* 1 et *L* 3 **ῥαγδαίαν**) — **μηδὲ μὴν** *A* et *X* — **ἀλλ' ἵστασθαι** *X* — **ἐπιλάμπει** *V* 2 *M* 1; **τὸ** deest in eisdem — **αὐγὴν** in fin. pro **αὐτὴν** *L* 2 et 3 *P*.

---

[1]) Vel *σπάσαι* quod restituendum puto in M. Antonino pariter atque **ἀτιμότερος** aliaque. cf. 11, 19.

8, 56. Serv. *A* et *X* (exc. *B*). — *ὡς πνευμάτιον* (omisso *καὶ τὸ*) *V* 3—5; *ὡς τὸ πν.* (omisso *καὶ*) ceteri *X*, tamen *Mo* 2 servat *καὶ* — *ἀλλήλων* — *τὰ* desunt in *A* — *γεγόναμεν ἀλλήλων ἕνεκεν V* 5 — *ὅρως τὴν τὰ ἡγεμονικὰ V* 3 — *κυρείαν X* (*L* 3 *κυρίαν*) — *ἐπεὶ τί X* (sed *V* 2 et *M* 1) *ἐπεὶ ἔτι*) — *εὐτυχεῖν* in fin. pro *ἀτυχεῖν P*.

9, 1. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 et *B* et *M* 1); fin. autem in *X* post *ὡς ἀσεβεῖ*. — *κατασκευακυίας V* 2 — *σὐδαμᾶς L* 3 — *ὄντως ἐστὶ φύσις X*, sed *L* 2 et 3 *P ὄντων* — *τὰ δὲ ὄντα* (omisso *γε*) *V* 3 — *πάντα* post *ὑπάρχοντα* deest in *A* et *X* — *ὁ ἐπὶ τοῖς ἀληθέσι τἀναντιά P*, sed hoc *τοῖς ἀλ.* deletum, alterum in margine adscriptum ante *φερόμενος*; contra *L* 2: *ἐπὶ τἀναντία φερόμενος τοῖς ἀληθέσι* — *διακρίνων X* (in *M* 2 obscurum; *L* 1 *διακρίναι** cum littera erasa) — *ὡς ἀγαθὰς διώκων A P* — *φοβήσεται X* (*Mo* 2 servat *φοβηθήσεται*) — *καὶ* ante *τῶν ἐσομένων* deest in *A* — *ἀμφότερα ἂν* inverso ordine *X*, sed *ἂν ἀμφ. L* 3 — *ἐπίσης ἔχει εἶχε* omissis omnibus quae intersunt *V* 4; in *P* ea, quae uncinis inclusa sunt, alia manu in margine adscripta sunt, omissa tamen particula *ἂν*) — *δῆλον ὅτι ἀσεβεῖ V* 4; *δῆλον ὡς* superscripto *ὅτι G*.

9, 40. Serv. *A* et *X* (except. *V* 1 et *B*; *M* 1 mutilus hic incipit: *τὸ παρεῖναι κτέ*). — *σὐχὶ* deest in *A* — *τὸ μὴ πεφοβῆσθαι P Mo* 2; *φοβεῖσθαι τούτων* omisso *τὶ V* 3 — *ἤπερ τῶ μὴ παρεῖναι X*, sed *ἢ περὶ τὸ μὴ V* 3 — *ἤπερ τὸ μὴ παρῆναι τι τούτων μᾶλλον ἢ τῶ παρεῖναι A*; — *ἢ τῶ παρεῖναι X*, sed *V* 2 et *M* 1 *ἢ τὸ παρ.* — *εἰς* ante *τὰ ἐφ' ἡμῖν* deest in *V* 2 *M* 1 — *ἄρξαι οὖν* (pro *γοῦν*) *X*, sed in *L* 2 et 3 *P* omnino deest particula — *σὐ. πῶς μὴ* — *ἐκείνης* desunt in *A V* 2, 3 *Mo* 2; ceteri *X*, etiam *M* 1 servant haec — *πῶς μὴ ἐπιθυμῆσαι P* — *πῶς μὴ ἐπιθυμήσω στερ.* (omisso *τοῦ*) *L* 3 — *ἄλλος πῶς μὴ στερηθῶ V* 4 5 *L* 1—4 *M* 1 et 2 *P G* — *τοῦ μὴ στερηθῆναι L* 3 (confectura librarii) — *μὴ ἀποβάλλω* et *ἀποβαλλεῖν A* — *δὲ* deest ante *ὧδε* in *A* et *X*.

11, 19. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 *B*). — *προτροπὰς V* 2; in *M* 1 *προ* erasum est — *φράσῃς* pro *φωράσῃς G* — *ἀπαληπτέον A* — *μέλεις V* 3 — *μὴ* ante *ἀφ' ἑαυτοῦ* deest in *X* — *καθὸ A* et *X* — *ἀτιμοτέρα X* (in *V* 3 dub.) — *τῇ* ante *τοῦ σώματος* deest in *X* — *παχίαις G*. *ἰδέαις* pro *ἡδοναῖς A* et *X*.

9, 42. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 *B*). — *ἀναισχυντίαν προσκ. P* — *δύναται οὖν V* 2 *M* 1 — *εἷς γὰρ τοῦτος G* — *τοῦ* ante *ὁτιοῦν* deest *V* 2 *M* 1 — *ἅμα γὰρ τὸ ὑπομνησθῆναι A* et *V* 2; in *V* 5 *ω* ex *o* correct. — *αὖθις ἐννοεῖν V* 2 (sed *M* 1 *εὐθὺς* servat); *εὐθὺς νοεῖν L* 1 — *ἀντιφάρμακον* est etiam in *A*, quod ille legere non potuit, cf. p. 6 — *πᾶς δὲ* (sive *δ'*) *ὁ ἁμαρτάνων A* et *X*; solus *L* 3 *πᾶς γὰρ* habet — *ἐφαμαρτάνει L* 2 et 3 *P* — *καὶ* ante *παροξύνῃ* deest in *A* et *X* (*P* servat; idem ante *χείρων καὶ* habet postea deletum) — *χεῖρον A*; in *M* 1 correctum *ω* ex *o* (?) — *τί δαι κακὸν A* — *ὅρα μὴ σαυτῷ A* et *X* — *ὀφείλεις A* — *μάλλιστα A* — *εἰς σεαυτὸν A V* 4—5 *L* 1—4 *P G*; ceteri *εἰς ἑαυτόν* — *εἴτε παρὰ τοῦ L* 4 — *τὴν τοιαύτην τὴν διάθεσιν V* 4 *M* 2 3 *P*; ceteri *τοιαύτην τὴν δ.*; illud *τοῦ* ante *τὴν* in *P* adscriptum est in margine — *ὥστε τὴν πίστιν φυλάξει V* 4 et 5 — *εἰ μὴ καταληκτικῶς A* — *θέλης V* 2 *M* 1 — *οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο A Mo* 2 — *τι* ante *ἔπραξας* deest in *X* — *ὁ* ante *ὀφθαλμὸς* deest in *P* — *κατὰ ἰδίαν κατασκευήν* sine *τὴν V* 2 *M* 1 — *εὐεργετικὸν πράξῃ* (omissis eis quae intersunt) *X* — *κατασκεύασται V* 2 *M* 1.

10, 28. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 et *B*). — *ἐφ' ὅτινιοῦν L* 2 et 3 — *καὶ* ante *ἀπολακτίζοντι* deest in *V* 2 *M* 1 — *ὅμοιον A* — *ἐπὶ τοῦ κλινιδίου* deest in *X* — *ἔνδοσιν V* 2 *M* 1 — *δίδοται V* 2 *Mo* 2; in *M* 1 *δέδοται* ex *δίδ.* factum — *τῶ ἑκουσίως ἔπεσθαι L* 2 — *δὲ* ante *ἔπεσθαι* deest in *V* 2 *M* 1.

10, 29. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 et *B*). — *ἐρώτα A* (pro *ἐπερώτα*); *ἐπερωτᾶ V* 2 *M* 1 — *στέργεσθαι* pro *στέρεσθαι A*; in *L* 2 et 3 *διὰ τούτου στέρεσθαι*, in *P τὸ διὰ τούτου στέρεσθαι*.

10, 32. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1). — *οὐκ ἁπλοῦς L* 2 P; in *L* 3 correctum. — *ψευδέστῳ A* — *περὶ σοῦ τούτων τι* (inverso ordine) *X* — *πᾶν δὲ τὸ τοιοῦτο L* 2 et 3 *P* — *ὁ κωλύων A* — *σὲ* post *εἶναι* deest in *V* 2 *M* 1 *Mo* 2. — *κρίνων V* 4 — *ἔσῃ:* hic finiunt *X*, in *P* solo adscriptum in margine est: *οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος μὴ τοιοῦτον* (scil. *ὄντα*).

10, 34. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 *B*). — *δεδογμένῳ Mo* 2; *τῶν δεδηγμένων G* — *ἀφοβίας* ex *εὐφοβίας* factum esse videtur in *V* 5 — *τὰ φύλλα τὰ μὲν V* 3—5; in *P* illud *τὰ* erasum est — *χαμάδιος V* 3—5 — *χαμάδις ῥέει L* 3 — *λέγοντα* pro *ψέγοντα A* et *X* — *χλεβάζοντα A* — *πάντα γὰρ ταῦτα A* — *δὲ* ante *ἐπιγίν.* addit *A* — *ἐπιγίνεται A* et *X* (*L* 2 *ἐπιγίνονται*) — *ὄρη A* (sic) — *εἶτ' ἄνεμος X* — *ἔπειθ' ἡ ὕλη V* 2—5 *L* 1, 4 *M* 1, 2; ceteri *ἡ* omittunt — *ἑτέρα L* 3; *ἑτέροις L* 2 *(P)* — *πᾶσιν* pro *ἁπάντων A* — *μικρὸν οὖν καὶ καταμύσεις X* — *ἤδη* deest in *X*.

10, 35. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1). — *δεῖ* deest ante *τὰ ἀκουστά*, positum est ante *εἶναι* in *X* — *καὶ τὰ ὀσφραντὰ L* 2 et 3 — *πάντα καὶ τρόφιμα A*; *πάντα τρόφιμα V* 2 *M* 1 *μῦλον A* (sic), — *ἁλέσουσα A*; *ἀλλήσουσα πρὸς κατασκευάσθαι B*; *ἀλήθουσα V* 3, 4, 5 *G*; *ἀλήσουσα L* 1, 2, 4 (*σαν L* 3 et *P*) *ἀλήσασα M* 2; *ἀλήσουσαι V* 2 *M* 1, sed in illo *α* superscriptum — *κατασκεύασται V* 2 superscripto *ε*; *κατασκευαστα M* 1 — *πάντα δὴ V* 2 (4?) *M* 1 — *τεκία Mo* 2 — *τὰ τεκνία σου V* 3 (ex *σῴζ.* ortum) — *σώζεσθαι V* 2 (superscr. *ε*) *V* 4 *M* 1 — *καὶ πάντας Mo* 2 — *ἐπαινήτωσαν B* — *ἐπενείτωσαν P* — *ὅτι ἂν πράξωσιν V* 2 *M* 1 — *τὰ χλωρὰ ζητεῖν L* 3.

11, 34 et 35 uno tenore leguntur in *A* et *X* (exc. *V* 1); in *P* in margine: *ἐπίκτητος.* — *ἀποθανῇ A*; *ἀποθάνῃ V* 2 *M* 1 — *οὐδὲν δὲ δύσφημον V* 2 *M* 1 — *ἀλλὰ* addunt ante *φυσικοῦ* et *A* et *X*, quorum tamen *V* 2 *ἔχει* habet pro *ἔφη* — *ἢ καὶ τοὺς* (omisso *τὸ*) *L* 2 et 3 *P* — *θερισθῆσθαι A* (sic).

12, 2. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 *B Mo* 2). — *μόνῳ γὰρ A V* 2 *L* 1 et 2 (*L* 3 *μόνα γὰρ*) *L* 4 *M* 1 et 2 *P* — *μόνον*

A pro *μόνων*, quod omnino deest in *X* — *ἐξ αὐτοῦ A* — *ἐὰν καὶ σὺ* (omisso *δὲ*) *X* — *αἰσθήσης* pro *ἐθίσῃς A* — *σαυτὸν* ante *ποιεῖν* addunt *X* exc. *L* 3 — *τὸν πολλὴν περισπασμὸν' L* 3; *πολλὸν L* 2 (*ην*?) et *P* — *τὰ μὴ περικειμ. V* 2 — *εἶπον* et *εὐθῆτα A* (sic) — *καὶ σκηνὴν* deest in *L* 2, 3 *P*.

11, 9. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 *B*). — *ἀπόστρεψαι A*; *ἀποτρέψασαι P* — *φύλασσε ἑαυτὴν A* — *ὁμοίων V* 2 — *φύσεως* (superscripto *κρίσεως*) *P* — *λιποτάκται A*; *λοιποτάκται P*.

11, 21. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 *B Mo* 2). — *φ̓* deest in *A*, ut saepius littera initialis, item in *V* 4 — *ἐστι τοῦ βίου* (omisso *ἀεὶ*) *X* — *διόλου* pro *δι' ὅλου L* 2 et 3 *P* — *οὐκ ἀρκεῖ τὸ εἰρημένον* (omisso *δὲ*) *A* — *τῶν* ante *ὁπωσοῦν* deest in *V* 2 *M* 1 — *τοῖς* ante *πλείοσι* deest in *A* — *δοκούντων ἀνθ' ὧν* (pro *ἀγαθῶν*) *V* 2 *M* 1 — *τοιούτων δε τινων A* — *πάσας ἰδίας* omisso *τὰς V* 3 — *καὶ τὸν πολιτικὸν A*; *πολιτικῶν P* — *ὑποστήσεσθαι A* — *ἀποδοῦναι A*; *ἀποδύσῃ P* pro *ἀποδώσει*.

12, 4. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 et *Mo* 2). — *περὶ αὐτοῦ* deest in *X*) — *ἐν* ante *ἐλάττονι* deest in *V* 2 et *M* 1 (qui tamen infra eundem paragr. iterum praebet, ubi rectius est *ἐν ἐλάττονι*) — *ἄλλων*: hic finiunt *X*.

12, 14 et 15 uno tenore leguntur in *A* et *X*; in *V* 1 et *Mo* 2 desunt. — *τοι* pro *ἤτοι* — *εἱμαρμένης* deest in *A* et *X* — *ἢ καιότητός A* (sic) — *ἀπροστάτευτος B* — *ἰλᾶσθαι A* — *ἂν ἡγεμονεύοντος A*; *ἀνηγεμονεύοντος P* deleto tamen postea *ον* — *ἀσμενίζῃ A* — *τοιούτῳ κλύδωνι* (sine *τῷ*) *V* 5 *B L* 2 et 3 *P* — *ἔχειν σαυτῷ A* (pro *ἔχει ἐν σ.*) — *νοῦν τινα* (inverso ordine) *X* — *παροίσει* ex *παρέχει* correctum in *P* — *φαίνοι A* — *σοφροσύνη B* — *προαποσβεθήσεται L* 3 (in *L* 2 corr.); *προαποβήσεται L* 4.

12, 34. Serv. *A* et *X* (exc. *V* 1 *B Mo* 2). — *ἐγερτικώτατον A* et *X*, solus *L* 3 habet *διεγερτικώτατον* — *ὅτι οἱ τὴν ἡδονὴν* (omisso *καὶ*) *V* 4 — *καὶ τὸν πόνον ἀγαθὸν* (pro

κακὸν *X* (in *P* solo manu posteriore adscriptum est κακὸν), quod declarat miram horum omnium codicum cognationem.

Attulimus universam hanc lectionum varietatem, non quo Antonino multis partibus afflicto ac iacenti medicinam afferremus, sed ut illorum codicum quos compendio X amplexi sumus et discrepantia et congruentia subiceretur oculis. Ex quibus cum *L* 2 et 3 et *P*, tum *V* 2 et *M* 1 arte inter se cohaerent, ceteri autem quasi solivagi videntur ac singulares. Omnes tamen faciunt contra *A* et *D* et *Mo* 1 et codicem Palatinum, ex quo orta est ed. I. Aliquantum vero valere hoc ad restituendum textum brevi exemplo hic docebimus. Inscribitur igitur fragmentis codd. *X* traditis aut ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν (sic *V* 1—5 *L* 1 *M* 1 et 2) aut ἐκ τῶν καθ' αὑτὸν (sic *G B P L* 2 et 3).[1]) At editio I dedit hunc titulum: τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλία ιβ', qui utrum a Xylandro esset inventus in codice Palatino an ultro illatus, dubitabam, cum ille editor princeps non satis aperte „nostram" appellet hanc inscriptionem (p. 323 ed. Xyl.). In codicibus *A* et *D* autem neglegentia illic librarii hic fortasse consilio omissum omnem esse titulum supra commemoravimus; cf. p. 4 et 7. Cognitis his rebus putavi spurium esse illum titulum, verum et genuinum eum, qui invenitur in codd. *X* (cf. Mus. Rhen. l. l.). Qua in quaestione cautius nunc statuere velim, ex quo inveni in *Mo* 1 bis eundem titulum atque in ed. I, in hac quoque re congruentem, quod scriptoris nomen hic est Μάρκου Ἀντωνίνου αὐτοκράτορος, codd. *X* autem omnes ignorent illud αὐτοκράτορος. Atqui *Mo* 1 non oriundum esse ab editione I et ex ipsa scriptura et ex lectionum varietate apparet. Sunt igitur duo tituli, quorum uterque ferri possit, qui tamen ambo ferri nequeunt. Sin autem Antoninum ipsum consules, praeferes καθ' ἑαυτόν, cum inveniatur 10, 36: ὁ καθ' ἑαυτὸν λέγων et 12, 4 καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι καὶ διανοεῖσθαι.

[1]) *L* 4 inscriptione caret; *Mo* 2 autem inscribi Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον δεύτερον supra commemoravimus.

VI. Ordo fragmentorum Antonini in eis codicibus qui eiusdem classis sunt.[1])

L 2 et 3, *P.*	*V* 3 et 4, *M* 2, *G.*[2])	*V* 2, *M* 1.	*Mo* 2 = cod. Hoesch.
—	—	—	7, 23
7, 22	7, 22	7, 22	7, 22
7, 18	7, 18	7, 18	7, 18
7, 7	7, 7	7, 7	7, 7
—	—	—	6, 35
—	—	—	6, 43 et 44 (pars)
—	—	—	4, 33
4, 49 (pars)	4, 49 p.	4, 49 p.	4, 49 p.
5, 8	5, 8	6, 13	5, 8
8, 34	—	6, 31; 39; 40	—
5, 18	5, 18	8, 57	5, 18
5, 26	5, 26	8, 56	5, 26
6, 13	6, 13	9, 42	6, 13
6, 31	6, 31	10, 28; 29; 32	6, 31 et 33
6, 39 et 40	6, 39 et 40	10, 34 et 35	6, 39 et 40
7, 53	7, 53	11, 34 et 35	7, 53
7, 62	7, 62	7, 53	7, 62
7, 63	7, 63	7, 62 et 63	7, 63 et 64
7, 66	7, 66	5, 8 et 18 et 26	7, 66
7, 70	7, 70	7, 66	7, 70
7, 71	7, 71	7, 70 et 71	7, 71
8, 15	8, 15	8, 15	8, 15
8, 17	8, 17	8, 17	8, 17 et 21 (pars)
—	8, 34	8, 34	8, 34
8, 48	8, 48	8, 48	8, 48
8, 54; 57; 56	8, 54; 57; 56	8, 54	8, 54; 57; 56
9, 1 et 40	9, 1 et 40	(9, 1 et) 40	9, 1 et 40

[1]) de ordine fragmentorum in *D* cf. p. 7, in *Mo* 1 p. 11, in *B* denique p. 20. Aeliani autem fragmenta consilio hic omisimus; ut tamen habeas exemplum istius artis contaminandi, initium certe proferre libet. Sequuntur igitur: Ant. 7, 22; Ael. 1, 22; Ant. 7, 18; Ael. 1, 28; Ant. 7, 7; 4, 49; Ael. 5, 22; 2, 29 etc.

L 2 et 3, *P.*	*V* 3 et 4, *M* 2, *G.*[2])	*V* 2, *M* 1.	*Mo* 2 = cod. Hoesch.
11, 19	11, 19	11, 19	—
9, 42	9, 42	—	9, 42
10, 28; 29; 32	10, 28; 29; 32	—	10, 28; 29; 32
10, 34 et 35	10, 34 et 35	—	10, 34 et 35
11, 34 et 35	11, 34 et 35	—	11, 9
12, 2	12, 2	12, 2	11, 16 et 17
11, 9 et 21	11, 9 et 21	11, 9 et 21	11, 18 (pars)
12, 4 et 14 sq.	12, 4 et 14 sq.	12, 4 et 14 sq.	
12, 34	12, 34	12, 34	
42	42	42	44

fragmenta, in quo tamen numero considerandum hoc est unum saepius effici fragmentum compluribus paragraphis editionum nostrarum, velut 6, 39 sq. et 11, 34 sq. Cum autem cetera fragmenta compluribus codd. servati sint, haec sola codicis *Mo* 2 fide nituntur: 7, 23; 6, 35; 43 sq.; 4, 33; 7, 64; 8, 21 p.; 11, 16 et 17 et 18 p.

VII. De glossis et scholiis ad M. Antonini fragmenta in plerisque codd. adiectis.

Haec fere sunt, quae de codicum ordine atque existimatione erant dicenda. Sed cum in plerisque codd. satis magnus numerus inveniatur et breviorum glossarum et explicationum longiorum, ne quis putet latere aliquid in librorum mss. tenebris quod dignum sit oculis atque cura hominum doctorum,

---

[2]) *V* 1 quoque eundem servat ordinem, finit tamen in 8, 56; contra in *V* 5 omnia pariter collocantur, nisi quod 8, 57 et 56 anteeunt. Etiam *L* 4 his codicibus adnumerandus est, in quo eadem omnia invenis omissis 7, 22 et 18. *L* 1 denique olim par fuit, factum tamen est, ut supra diximus, eius qui conglutinavit librum incuria, ut solitus ordo perturbaretur; complura fragmenta autem in epigrammata errore quodam inciderunt.

Quod autem nostra tabula aliquantum abhorret ab ea, quam Sch. dedit p. XXIX sq. ed. maioris, et ab ea, quam ex Bandinii catalogo composuit Lessingius l. l.: constat inter omnes eum qui codicem aliquem iterum inspicit novi semper aliquid invenire. Nos quidem huic rei explorandae nimium fortasse laboris impendimus, et vero dolendum est tantulum haec omnia proficere ad ipsum M. Antoninum restituendum.

specimen quoddam istius doctrinae in lucem proferre in animum induximus.[1])

Sequemur autem eum ordinem, ut ex *V* 4 collatis *V* 5 ceterisque codd. primum glossas superscriptas, dein marginales, subscriptas denique in fine describamus, non omnes quidem, sed eas, quae maioris mihi esse momenti visa sunt.

Inveniuntur igitur haec:

7, 22 *ἴδιον // ἐστιν — προσπίπτῃ // ἐπέρχηται — συγγενεῖς // οἱ πταίοντες — ἀμφότεροι // οἱ δύο — τεθνήξεσθε // ἀποθανεῖσθε — τὸ ἡγεμονικόν σου // τὸν νοῦν σου — πρόσθεν // πρότερον. — ἴδιον λέγει οὐχ ὅπερ ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι ἀλλ' ὃ δεῖ ἔχειν αὐτούς. — γίνοιτ' ἂν // δυνητικὸς ἐνταῦθα ὁ ἄν. — ἄνοια ἡ παντελὴς ἀγνωσία. ἄγνοια δὲ ἑνός τινος.*

7, 18 *μεταβολήν // τὴν ἀπὸ τῶν μειζόνων ἐπὶ τὰ ἐλάττονα — φίλτερον // ἄλλο δηλονότι; V* 5 *ἀγαπητικώτερον — φύσει // ἡ μεταβολή — ἐδώδιμα // V* 5 *τὰ ἐσθιόμενα — χρησίμων // ἀπὸ ἧγουν ἀφ' ὧν ἔχει τις χρείαν* (hinc fluxit illud *ἀπὸ* in *V* 2 et *M* 1) *— τελεσθῆναι // πραχθῆναι — μεταβαλεῖν // ἧγουν μεταβληθῆναι.*

7, 7 *μὴ αἰσχύνου // μὴ ἐντρέπου' — βοηθούμενος // ὑπό τινος — τοὐπιβάλλον // τὸ ἁρμόττον σοι κατ' ἀναλογίαν ἢ τὸ κοινῶς λαγχάνον — τειχομαχία // μάχη τειχῶν πόλεως — χωλεύων // χωλὸς ὢν — ἔπαλξιν // ἐπὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως — δύνῃ // δύνασαι.*

4, 49 *ἀτυχὴς // δυστυχής — οὐμενοῦν // οὐδαμῶς δυστυχής — διατελῶ // ὑπάρχω — θρανούμενος // χαυνούμενος — παντὶ // ἀνθρώπῳ — ἐκεῖνο μᾶλλον // τὸ συμβῆναί μοι τί — ἢ τοῦτο εὐτύχημα // τὸ δύνασθαί με ἄλυπον διατελέσαι — ὅλως ἀτύχημα // ἐν μέρει τοῦ ὅλου ὃ κοινῶς λέγεται ποσῶς — ἀπότευγμα // ἀποτυχία — δοκεῖ σοι // νομίζεται — μεγαλόψυχον // καρτερικόν — ἐλευθέριον // μεταδοτικόν — ἔμφρονα // φρονι-*

[1]) Habemus auctorem nostrum ac principem in simili re Lessingium: „Dergleichen Dinge muss man manchmal mitdrucken lassen, um zu zeigen, dass sie ohne Schaden hätten ungedruckt bleiben können." cf. Lessing ed. L. IX, p. 112.

μον — αἰδήμονα // εἰδότα αἰδεῖσθαι — ἀπέχει // ἀπολαβοῦσα ἔχει (*V* 5 addit τὰ ἴδια) — οὐ πᾶς ἐπὶ τούτῳ ἂν διετέλεσεν // *V* 5 τὸ ἂν δυνητικόν ἐστιν ἤγουν οὐ πᾶς ἀνθρωπος φύσιν εἶχε διατελέσαι ἄλυπος.

5, 8 συνέταξε // καταλλήλως ἥρμοσε — ἱππασίαν // τὸ ἐφ' ἵππου φέρεσθαι ἤγουν κοινῶς καβαλικεύειν (sic) — ψυχρολουσίαν // τὸ λούεσθαι ψυχροῖς ὕδασιν [1]) — πήρωσιν // βλάβην ἐν μέρει τινὶ τοῦ σώματος — ἀποβολὴν // στέρησιν — ἄλλο τι // ἓν τῶν ὁμοίων τούτοις — κατάλληλον // ἁρμόδιον — δεχώμεθα // δεῦρο ἵνα — ἐν ἐκείνοις // ἐν τοῖς τοῦ Ἀσκληπιοῦ — τραχέα // τῷ χαύνῳ ἐναντίον τὸ σκληρὸν, τῷ λείῳ καὶ ὁμαλῷ ἐναντίον τὸ τραχὺ οἷον τὸ κοινῶς λεγόμενον ἀδρὸ (ἀδρόν?) — ἀσπαζόμεθα // ἀγαπῶμεν. φιλοῦμεν — δοκείτω // νομιζέσθω — ἄνυσις // τελείωσις — δοκούντων // ἁρμοζόντων. ἀρεσκόντων — οἷον // ὁποῖον — ἀπηνέστατον // δεινότατον — δοκῇ // φαίνηται — ἐκεῖσε (vel ἐκεῖ σε) // σὲ τίνα — ἄγειν // φέρειν — τὴν τοῦ κόσμου ὑγίειαν // τὴν εἰμαρμένην καὶ καθολικὴν δύναμιν τοῦ κόσμου — εὐοδίαν // τὴν καλὴν ὁδόν — εὐπραγίαν // εὐτυχίαν — τοῦτό τινι ἔφερεν // τὸ συμβαῖνον ὑπὸ τινός — τῷ διοικουμένῳ // τῷ κυβερνωμένῳ ἀνθρώπῳ — λόγους // αἰτίας — σοὶ // χάριν σοῦ (bis) — συνετάττετο // πρεπόντως ἡρμόττετο — ἄνωθεν // ἐξ ἀρχῆς — συγκλωθόμενον // μοιραζόμενον. ταττόμενον (*V* 4 falso ταραττόμενον) — διοικοῦντι // διεξάγοντι — συντελείας // πληρώσεως — συμμονῆς // συντηρήσεως — ἰδίᾳ // κεχωρισμένως — ἧκον // τρεχόμενον — πηροῦται // παρασεσημασμένον ἐστὶ (sic) — ὁλόκληρον // ὅλον — ὁτιοῦν // μέρος τι — διακόψῃς // διαχωρίσῃς — συνεχείας // πυκνότητος — συναφείας // ἄγαν ἑνώσεως — μορίων // μερῶν τοῦ σώματος. ἂν διαχωρίσῃς τι μέλος ἀπὸ τοῦ ὅλου, βλάπτεται τὸ ὅλον σῶμα. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν καθόλου αἰτίων — τὸ ἐπὶ σοὶ // τὸ ἐπὶ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ σῇ μέρος — δυσαρεστῇς // δυσκόλως ἀρέσκῃ τοῖς γινομένοις καὶ κατά τινα τρόπον ἐκβάλλῃς τὰ αἴτια.

[1]) Vides iam studium omnia explanandi. Deinceps omittemus glossas aeque supervacaneas, ex quibus hoc saltem apparet posteriorum temporum Graecos sermonis antiqui fuisse imperitos.

5, 18 *πέφυκε // (ὑπάρχει καὶ) φύσιν ἔχει — φέρειν // βαστάζειν. ὑπομένειν — εὐσταθεῖ // γενναίως φέρει — ἀκάκωτος μένει // οὐ βαρύνεται — ἤτοι ἀγνοῶν // ὅταν ὦσι δύο (ἢ) σύνδεσμοι διαζευκτικοὶ ἐν λόγῳ, δύναται ὁ πρότερος ἤτοι λέγεσθαι καὶ ὁ δεύτερος ἤ. ἀντιστρόφως δὲ οὐδέποτε λέγεται — ἐπιδείκνυσθαι ἐστὶ* (ἔτι *V* 5) *τὸ παρρησιάζειν καὶ δεικνύειν τινὰ ἑαυτόν — ἀρέσκεια λέγεται, ὅταν ἀρέσκωμαι ἐγὼ τινὶ καὶ ὅταν ἀρέσκωνται ἄλλοι* (ἐν *V* 4) *ἐμοί. ἐνταῦθα δὲ κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον λέγεται.*

6, 13 *ὄψων // ἐδεσμάτων* (*V* 2 *βρωσίμων*) *τριχία // ἡ εὐθεία τὸ τριχίον — κόγχης // κογχύλης — δεδευμένα // βεβρεγμένα* (*V* 4 *βεβλαμμένα* sic) *συνουσίαν // συνουσία ἁπλῶς μὲν ἡ ὁμιλία καὶ συναναστροφή, ἰδίως δὲ μετὰ τῶν γυναικῶν μίξις — καθικνούμεναι // εἰς βάθος χωροῦσαι — διεξιοῦσαι // διερχόμεναι μέχρι τέλους — παρ' ὅλον τὸν βίον // ἐν ὅλῃ τῇ ζωῇ — φαντάζεται // εἰς φαντασίαν ἐρχόμενα δοκοῦσι — ἀπογυμνοῦν // περισσὴ ἡ ἀπὸ πρόθεσις, ὥσπερ ἐν τῷ ἀποδειλιᾶν καὶ ἀπισχυρίζεσθαι (καὶ ἀνακαλύπτειν V 4) — σεμνύνεται // σεβάσμιον δοκεῖ — περιαιρεῖν // ἀποστερεῖν. ἐκβάλλειν — τύφος // κενοδοξία — παραλογιστής // ἀπατεών — δοκεῖς // νομίζεις — καταγοητεύῃ // ἐξαπατᾷ.* (*V* 5 multo plura quae cum vilia sint omisimus.)

Satis iam est. Neque enim id agimus, ut Maximi Planudis aliorumve grammaticorum ubertatem sterilem illustremus, sed ut Marcum Antoninum corrigamus. Corrigitur autem sane aliquot locis per scholiasten velut 12, 34 ubi *διεγερτικώτατον* esse glossam contra *ἐγερτικώτατον* genuinam lectionem facile cognoscitur.

Annotationes criticae ad Marcum Atn
Widener Library 002691750
3 2044 085 088 599